Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu adfuisses. Quantum enim praesens, me adjuvare potueris et consolando, et prope aeque dolendo, facile ex eo intelligo, quod, literis lectis, aliquantum acquievi. Nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuissi. Servius tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declaravit, et quanti ipse me faceret, et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cujus officia jucundiora scilicet saepe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur. Turpe enim existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum et vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum, et magnis rebus gestis, amisit; et L

19.

Cicero an Serv. Sulpicius.

IV. 6. Div. 708.

O wie sehr wünschte auch ich, lieber Servius, daß du bey dem harten Schlage, der mich getroffen, zu Rom gewesen wärest! Wie wohlthätig mir deine Gegenwart sowohl durch deine Tröstungen als durch eine Theilnahme, die meinen Schmerz beynahe gleich mit mir theilte, gewesen seyn würde, ersehe ich schon daraus, daß ich mich nach Lesung deines Briefes merklich ruhiger gefühlt habe. Denn was du mir geschrieben, ist nicht nur geschickt, die Schmerzen über einen solchen Verlust zu erleichtern, sondern du lässest mich auch sehen, daß du nichts weniger als ungerührt bist, bey dem, was ich fühle. Aber ganz vorzüglich hat dein Servius*) bey diesem Anlaß, durch alle mögliche Freundschaftsdienste bewiesen, sowohl wie hoch er selbst mich achtet, als wie gewiß er ist, daß er sich durch solche Gesinnungen gegen mich auch dir gefällig mache. Ich gestehe gern, angenehmer sind mir seine Diensterweisungen oft gewesen, aber höher haben sie mich ihm nie verpflichtet. Übrigens tröstet mich nicht nur dein Zuspruch und lebhaftes Mitgefühl, sondern auch das hohe Ansehen, worin du bey mir stehest. Denn ich würde mir's für Schande rechnen, meinen Unfall nicht so zu tragen wie ein weiser Mann, wie du, glaubt, daß er zu ertragen sey. Indessen überfällt mich das Gefühl zuweilen unversehens, und ich habe Mühe vom Schmerz nicht überwältigt zu werden, eben weil ich der Tröstungen ermangele, woran es denen, die ich mir zu Beyspielen vorstelle, in ähnlichen Fällen nicht gefehlt hat. Denn Q. Maximus, **) der einen Sohn, welcher bereits Consul gewesen war, und große

*) Dein Sohn.

**) Fabius Cunctator.

Paullus, qui duo septem diebus; et vester Gallus, et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eos tum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam e re publica consequebantur. Mihi autem, amissis ornamentis iis, quae ipse commemoras, quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non rei publicae procuratione impediebantur cogitationes meae; nihil in foro agere libebat; adspicere curiam non poteram; existimabam, id quod erat, omnes me et industriae meae fructus, et fortunae perdidisse. Sed quum cogitarem, haec mihi tecum, et cum quibusdam esse communia; et quum frangerem jam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter: habebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cujus in sermone et suavitate omnes curas doloresque deponerem. Nunc autem, hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum, me a re publica moestum domus excipiebat, quae levaret: sic nunc domo moerens ac rem publicam confugere possum, ut in ejus bonis acquiescam. Itaque et domo absum, et foro, quod nec eum dolorem, quem e re publica capio, domus jam consolari potest, nec domesticum res publica. Quo magis te exspecto, teque videre

Thaten verrichtet hatte, überleben mußte, und C. [Äm=
lius] Paullus, der innerhalb sieben Tagen zwey
Söhne, *) und euer [Sulpicius] Gallus, und M.
Cato, der einen durch seltne Talenten und Tugenden
ausgezeichneten Sohn verlor, lebten in Zeiten, wo ihre
von der Republik erhaltne Würde sie ihres Leides tröste=
ten: mir aber, nachdem ich alle die ehrenvollen Auszeich=
nungen, deren du erwähnst, und die ich mir mit unsäg=
lichen Arbeiten erworben hatte, verloren, blieb nur
noch der einzige Trost, der mir jetzt entrissen ist. Meine
Gedanken wurden nicht mehr mit den Angelegenheiten
meiner Freunde, nicht mit Besorgung der Republik, be=
schäftigt; ich mochte nichts mehr mit dem Forum zu
schaffen haben; das Rathshaus konnt' ich nicht mehr an=
sehen; ich glaubte (wie es denn auch wirklich so ist) alle
Früchte meines Kunstfleißes, so wie Alles, was das Glück
mir zugeworfen hatte, verloren zu haben. Wenn ich
dann bedachte, daß mir das mit dir und einigen Andern
gemein sey: und wenn ich mir gleichsam selbst mit Ge=
walt durch den Sinn fuhr, und mich zwang jenes Alles
zu verschmerzen: so hatte ich noch eine Zuflucht wo ich Ru=
he finden, und in vergnüglichen Unterhaltungen mich aller
meiner Sorgen und Schmerzen entledigen konnte. Jetzt,
da ich eine so schwere Wunde empfangen habe, ist mir,
als ob auch jene, die durch die Zeit vernarbt worden
waren, wieder aufgerissen seyen. Denn nun bin ich nicht
mehr in dem Falle, daß, so wie ich ehemahls, wenn
die Republik mich traurig von sich ließ, in meinem
Hause Trost fand, ich jetzt, wenn ich traurig aus meinem
Hause fliehe, mich der Republik in die Arme werfen, und
in ihrem Wohlstand mich beruhigen könnte. Eine Folge hier=
von ist, daß ich weder in meinen Hause noch im Forum anzu=
treffen bin, weil ich weder für die Wehtage, welche die
Republik mir verursacht, zu Hause Trost finde, noch für
den häuslichen Schmerz bey der Republik. Um so sehn=

*) Auf dem Bette der Ehre.

quam primum cupio. Major mihi levatio adferri nulla potest, quam conjunctio consuetudinis sermonumque nostrorum: quamquam sperabam, tuum adventum, sic enim audiebam, adpropinquare. Ego autem quum multis de causis te exopto quam primum videre: tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius voluntatem adcommodandum, et prudentis, et liberalis, et, ut perspexisse videor, nec a me alieni, et tibi amicissimi. Quod quum ita sit, magnae est tamen deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. Vale.

EPISTOLA XX. (ad Div. V. 13.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 708.

Consolationi Lucceji respondet, qua se mire levatum esse fatetur, ut forti animo sit, etsi de re publica desperet.

M. T. CICERO S. D. L. LUCCEIO, Q. F.

Quamquam ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissma est: declarat enim summam benivolentiam pari prudentia conjunctam: tamen illum fructum ex illis literis vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem, et optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. Quam

pari prudentia conjunctam] Vulgo conjunctám pari prudentia. Martyni Lanuga edidit; pari prudentia conjuncta.

licher ſehe ich daher deiner Rückkunft entgegen, und um ſo lebhafter iſt mein Verlangen dich wieder hier zu haben: denn ich kenne nichts, was mir mehr Erleichterung verſchaffen könnte, als der perſönliche Umgang mit dir, und der trauliche Gedankenwechſel unſrer Geſpräche: auch hatte ich mir, nach dem was mir geſagt wurde, deine Ankunft näher vorgeſtellt. Unter den vielen Urſachen aber, derentwegen ich dich je bälder je lieber zu ſehen wünſche, iſt eine der hauptſächlichſten, um uns über unſere ganze künftige Art zu ſeyn mit einander zu berathen, da wir ſie doch gänzlich nach dem Sinne eines Einzigen einrichten müſſen, der ein kluger und großherziger Mann und (wie ich gewiß zu ſehen meine) mir nicht abhold, dir aber höchlich gewogen iſt. Gleichwohl und eben deßwegen, erfordert es große Überlegung, wie wir es anzugehen haben, nicht um etwas zu wirken, ſondern mit ſeiner Erlaubniß und gnädigen Vergünſtigung uns zur Ruhe zu ſetzen. Lebe wohl.

20.

An Luc. Luccejus.

V. 13. Div. 1708.

Wiewohl dein Troſtſchreiben mir, als ein Beweis deines großen Wohlwollens gegen mich und der Klugheit, womit du einen leidenden Freund zu behandeln weißt, ſehr wohlthätig war: ſo iſt doch vielleicht der Nutzen, den ich daraus gezogen habe, daß du dich mir darin als einen Mann gezeigt haſt, der den geringen Werth der menſchlichen Dinge in ihrem wahren Lichte ſieht, und gegen die Anfälle des Glücks trefflich gewaffnet iſt: denn nach meiner Überzeugung iſt dieſe innere Freyheit des Gemüths, die das Wohl oder Weh unſers Lebens nicht an den Dingen außer uns hangen läßt, das Preiswürdigſte, was die Weisheit ihren Freunden verſchaffen kann. Dieſe Überzeugung, wiewohl ſie ſich zu tief in mein Gemüth

quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes. Quae cogitatio, quum mihi non omnino excidisset, (etenim penitus insederat,) vi tamen tempestatum et concussu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulsa: cui te opitulari et video, et id fecisse etiam proximis tuis, multumque profecisse sentio. Itaque hoc saepius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror: nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Ad consolandum autem quum illa valent, quae eleganter copioseque collegisti, tum nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi: quam non imitari turpissimum existimo. Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quam te ipsum, praeceptorem fortitudinis, quod tu mihi videre spem nonnullam habere, haec aliquando futura meliora; casus enim gladiatorii, similitudinesque eae, tum rationes in ea disputatione a te collectae, vetebant me rei publicae penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorem te esse, quum aliquid speres: alterum mirum, spe ulla teneri. Quid est enim non ita adfectum, ut id non deletum, extinctumque esse fateare? Cir-

et concussu] Sic Martyni-Laguna. Vulgo et concursu.

proximis tuis] Vulgo proximis literis. Martyni-Laguna.

similitudinesque eae, tum] Videtur scribendum; similitudinesque, etiam rationes. Certe eae redundat.

eingesenkt hat, um mir gänzlich entfallen zu seyn, ist doch durch die Gewalt der auf mich andringenden Stürme und das Zusammentreffen so vieler Unglücksfälle auf einmahl, in etwas wankend und in ihren Wurzeln locker gemacht worden. Dieser wolltest du nun, wie ich sehe, zu Hülfe kommen, und hast es in deinen letzten Briefe wirklich gethan; auch verspüre ich bereits, daß du schon viel an mir ausgerichtet hast. Ich kann dir also nicht oft und stark genug sagen, daß du mich dir durch nichts hättest höher verpflichten können, als durch dein Schreiben. Wenn gleich die Trostgründe, die du eben so reichlich als mit geschmackvoller Wahl zusammengetragen hast, ihren Zweck nicht verfehlen können, so muß doch die Überzeugung, die ich dadurch von der Stärke und Festigkeit deines eigenen Gemüths bekommen habe, eine noch größere Wirkung thun: denn ich müßte vor dir und mir selbst schamroth werden, wenn ich dich hierin nicht zum Muster nehmen wollte.

Indessen halte ich mich doch in so fern für stärker als dich, meinen Lehrmeister in dieser Tugend, weil du noch einige Hoffnung zu hegen scheinst, was wir jetzt sehen, werde dereinst wieder besser werden. Die Beyspiele, die du von den Gladiatorn hernimmst, *) und deine andern Gleichnisse, so wie die vielen Gründe, womit du deine Behauptung unterstützest, gehen alle dahin, daß mir nicht erlaubt sey an der Republik zu verzweifeln. Es nimmt mich daher nicht Wunder, dich stärker zu sehen als mich, da du noch hoffest: aber das wundert mich, daß du noch hoffen kannst. Oder was ist nicht so angegriffen, daß man es nicht für gänzlich vernichtet und abgethan halten müßte? Sieh dich nach allen Gliedmaßen der Republik um, (wer kennt

*) Wo man öfters sah, daß ein schwer verwundet und entkräftet zu Boden liegender Fechter, den alle Zuschauer schon aufgegeben hatten, sich wieder aufraffte, und seinen Sieger noch zu Boden warf.

cumspice omnia membra rei publicae, quae notissima sunt tibi. Nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit. Quae persequerer, si aut melius ea viderem, quam tu vides; aut commemorare possem sine dolore: quamquam tuis monitis praeceptisque omnis est abjiciendus dolor. Ergo et domestica feremus, ut censes: et publica paullo etiam fortius fortasse, quam tu ipse, qui praecipis. Te enim spes aliqua consolatur, ut scribis; nos autem erimus etiam in omnium rerum desperatione fortes, ut tu tamen idem et hortaris, et praecipis. Das enim mihi jucundas recordationes conscientiae nostrae, rerumque earum, quas, te in primis auctore, gessimus. Praestitimus enim patriae non minus certe, quam debuimus: plus profecto, quam est ab animo cujusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ipso aliquid praedicanti. Quarum enim tu rerum cogitatione nos levari aegritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis et angoribus abducam; transfe-

in omnium rerum desperatione] Vulgo in omnibus desperatione. Graevius edidit in omnium desperatione eumque secutus est Ernestius. Nos Martyni-Lagunae auctoritate dedimus in omnium rerum.

postulatum] Ernestius de conjectura rescripsit postulandum. Cur tamen a vulgata recedam, causam nullam video.

levari] Sic Martyni-Laguna melius, quam ut vulgo, levare.

ſie beſſer als du? du wirſt ſchwerlich ein einziges finden, das nicht gelähmt und gebrochen wäre. Ich würde ſie alle nach einander herzählen, wenn du nicht Alles ſo gut wüßteſt als ich, oder ich es ohne Schmerz zu thun vermöchte; wiewohl, deinen Citationen und Vorſchriften zu Folge, der Schmerz in keine Betrachtung kommen darf. Wir wollen alſo unſre häuslichen Übel ſo ſtandhaft tragen, wie du es für recht hältſt, und die öffentlichen noch ein wenig beſſer als du, der mich dazu auffordert. Denn du tröſteſt dich, wie du ſelbſt geſtehſt, noch mit einiger Hoffnung: wir aber wollen Trotz unſerer Verzweiflung an Allem, dennoch Muth behalten, und uns, ebenfalls deiner Ermahnung und Vorſchrift gemäß, an den Erinnerungen und dem Bewußtſeyn deſſen erlaben, was wir vornehmlich mit deinem Rath und Gutheißen, ehemahls verrichtet haben. Wenn wir dem Vaterlande gewiß — nichtweniger geleiſtet als unſere Schuldigkeit: ſo war es doch mehr, als von irgend eines Sterblichen Muth oder Klugheit gefordert werden darf. Halte mir zu Gut, daß ich ſo von mir ſelbſt rede: *) es iſt ſo natürlich, daß ich mich auch durch die Erwähnung der Dinge erleichtert fühle, an welche du willſt, daß ich zu meiner Erleichterung denken ſoll. Ich werde mich alſo, wie du mich erinnerſt, **) von al-

*) In der That kann man ſchwerlich etwas Stärkeres von ſich ſelbſt ſagen, und der Wunſch iſt verzeihlich, daß die Römiſche Geſchichte des Luccejus, an den dieſer Brief geſchrieben iſt, oder Cicero's eigene Geſchichte ſeines Conſulats, bis auf uns gekommen ſeyn möchte, um uns durch unſer eigenes Uctheil gewiß zu machen, daß C. ſich hier bloße Gerechtigkeit habe wiederfahren laſſen.

**) Die Formeln, ut mones, ut praecipis, ut hortaris, kommen ſo häufig und verſchwenderiſch in dieſem Briefe vor, daß man bald vermuthen ſollte, es ſeyen ihm die Ermahnungen in dem Luccejiſchen zu viel geweſen, und er hab' es ſeinem gelehrten Freunde (der übrigens ein bloßer Senator war) auf eine feine Art merken laſſen wollen.

ramque animum ad ea, quibus secundae res ornantur, adversae adjuvantur; tecumque et ero tantum, quantum patietur utriusque nostrum aetas et valitudo; et, si esse una minus poterimus, quam volemus, animorum tamen conjunctione, iisdem studiis ita fruemur, ut numquam non una esse videamur.

EPISTOLA XXI. (ad Att. XII. 21.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 706.

Reprehendit quaedam in libro Bruti in laudem Catonis perperam scripta, de hortis fano Tulliae exstruendo emendis, de Terentiae negotio, de pecunia Oviae curanda, denique Attico, qui eum in forum revocaverat, cur ab eo refugiat, exponit.

CICERO ATTICO S.

Legi Bruti epistolam, eamque tibi remisi, sane non prudenter rescriptam ad ea quae requisieras. Sed ipse viderit; quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat de animadversione dixisse; quam omnes ante dixerant, praeter Caesarem: et quum ipsius Caesaris tam severa fuerit, qui tum praetorio loco dixerit, consularium putat leniores fuisse, Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottae, L. Caesaris, C. Pisonis, etiam M' Glabrionis, Silani, Murenae, designatorum consulum. Cur ergo in sententiam Catonis? Quia verbis luculentioribus et pluribus rem eamdem comprehenderat.

utriusque nostrum] vulgo utriusque sine nostrum, quod addidit Martyni-Laguna.

volemus] Recte hoc idem substituit vulgato volumus.

len traurigen und herzbeklemmenden Gedanken so viel möglich, zu entfernen suchen, und mein Gemüth gänzlich mit jenen Gegenständen beschäftigen, die uns in glücklichen Umständen zur Zierde, in unglücklichen zum Troste dienen: auch gedenke ich so oft mit dir zusammenzukommen, als unser beyder Alter und Gesundheit nur immer verstatten wird: und wenn dieß nicht so oft seyn könnte als wir wünschen, so soll uns doch die Verbindung unsrer Gemüther und die Ähnlichkeit unsrer Studien die angenehme Täuschung verschaffen, als ob wir immer beysammen wären.

21.

An Atticus.

XII. 21. Attic. 708.

Der Brief des Brutus kehrt hiermit an dich zurück: es ist in der That keine bescheidene Antwort auf Fragen, die du ihm vorgelegt hattest. (2) Doch das ist seine Sache! Aber daß er von etwas, das seinen Oheim betrifft, nicht besser unterrichtet ist, macht ihm wenig Ehre. Er meint, Cato sey der erste gewesen, der über die Bestrafung der Mitverschwornen Catilina's seine Stimme gegeben, da doch alle, außer dem Cäsar, die ihrigen vor ihm abgelegt hatten: und da Cäsars Abstimmung selbst, der damahls auf der Prätor-Bank saß, so streng war, so glaubt er, daß die der Consularen, des Catulus, Servilius, der beyden Lucullen, des Curio, Torquatus, Lepidus, Gallius, Volcatius Figulus, Cotta, Lucius Cäsar, Piso und Manius Glabrio, ingleichen die der neuerwählten Consuln, Silanus und Muräna, alle gelinder ausgefallen wären. Warum denn wurde der Senats-Schluß nach Cato's Antrag abgefaßt? Weil er eben das, was jene sagten, bestimmter und ausführlicher vorgetragen hatte.

Me autem hic laudat, quod retulerim, non quod patefecerim, quod cohortatus sim, quod denique ante, quam consulerem, ipse judicaverim. Quae omnia, quia Cato laudibus extulerat in caelum, perscribendaque censuerat; idcirco in ejus sententiam est facta discessio. Hic autem se etiam tribuere multum mihi putat, quod scripserit, optimum consulem. Quis enim jejunius dixit inimicus? Ad cetera vero tibi quemadmodum rescripsit? tantum rogat, de senatus consulto ut corrigas. Hoc quidem fecisset, etiamsi a Ranio admonitus esset. Sed haec iterum ipse viderit.

De hortis, quoniam probas, effice aliquid. Rationes meas nosti. Si vero etiam a Faberio aliquid accedit, nihil negotii est. Sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certe sunt Drusi, fortasse et Lamiani et Cassiani; sed coram.

De Terentia non possum commodius scribere, quam tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum. Si quid nos fefellerit, illius malo me, quam mei poenitere.

Oviae C. Lollii curanda sunt H-S c. Negat Eros posse sine me; credo, quod accipienda aliqua sit

quae quia Cato laudibus extulerat in caelum] harum laudum in oratione quam Sallustius Catoni tribuit nullum est vestigium.

Mich lobt Brutus darüber, daß ich die Sache vor den Senat gebracht, nicht, daß ich die Verschwörung entdeckt, daß ich dem [schwankenden] Senat Muth eingesprochen, und vornehmlich, daß, bevor ich den Senat stimmen ließ, das Urtheil in mir selbst bereits fest gesetzt war: und eben darum, weil Cato dieß Alles himmelhoch gelobt und darauf angetragen hatte, daß dessen im Decret Erwähnung geschehe, ging der Senat zu seiner Meinung über. Brutus hingegen glaubt mir wer weiß was für eine Ehre angethan zu haben, daß er mich einen trefflichen Consul nennt. Welcher unter meinen Feinden drückte sich jemahls nüchterner aus? Und wie hat er dir auf die übrigen Puncte geantwortet? Er bittet dich bloß, das Nöthige in Betreff des Senat-Schlußes zu verbessern. Weniger konnt' er doch wohl nicht thun, wenn er von dem Sclaven *) der sein Buch ins Reine schreiben mußte, erinnert worden wäre. Doch, wie gesagt, das mag er gegen sich selbst verantworten!

Was den Garten, den ich kaufen möchte, betrifft, so mache, weil die Sache doch deinen Beyfall hat, daß etwas zu Stande kommt. Wie weit meine Finanzen reichen, ist dir bekannt. Geht noch von Faberius etwas ein, so ist die Sache desto leichter. Ich denke aber, wir können auch ohne ihn zu recht kommen. Feil ist ganz gewiß der Garten des Drusus, vielleicht auch der des Lamia und Cassius. Doch darüber mündlich!

Der Terentia wegen weiß ich nichts Schicklicheres zu schreiben als du gethan. Die Pflicht muß uns über Alles gehen. Kommen wir dabey zu kurz, so will ich lieber, daß sie unrecht habe als ich.

An Ovia, die Gattinn des C. Lolius, muß der Werth von 100,000 Sesterzien **) gezahlt werden. Eros

*) Das war vermuthlich der unbekannte Manius, welchen Cicero als einen zwar unbedeutenden, aber doch dem Atticus bekannten Menschen nennt.

**) 10,000 Fl. Vermuthlich eine noch von Frau Terentia herrührende Schuld.

et danda aestimatio. Vellem tibi dixisset. Si enim res est, ut mihi scribit, parata; nec in eo ipso mentitur: per te confici potuit. Id cognoscas, et conficias velim.

Quod me in forum vocas; eo vocas, unde, etiam bonis meis rebus, fugiebam. Quid enim mihi cum foro, sine judiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos aequo animo videre non possum? Quod autem homines a me postulare scribis, ut Romae sim, neque mihi, ut absim, concedere, jam pridem scito esse, quum unum te pluris, quam omnes illos, putem; ne me quidem contemno; meoque judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. Neque tamen progredior longius, quam mihi doctissimi homines concedunt; quorum scripta omnia, quaecumque sunt in eam sententiam, non legi solum, quod ipsum erat fortis aegroti, accipere medicinam, sed in mea etiam scripta transtuli, quod certe adflicti et fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in istam turbam vocare, ne recidam.

behauptet, es könne ohne mich nicht geschehen; ich glaube, weil es darauf ankommt, einige Effecten anzunehmen oder abzuliefern, die zuvor geschätzt werden sollen. Ich wollte, er hätte mit dir von der Sache gesprochen: denn wenn, wie er mich versichert, Alles bereit liegt, und er nicht die Unwahrheit sagt, so hätte sie durch dich abgemacht werden können. Ich bitte dich also, Kunde von der Sache zu nehmen und sie richtig zu machen.

Wenn du mich in's Forum zurückrufst, *) so forderst du mich zu Geschäften auf, denen ich mich schon zu entziehen suchte, da es noch gut mit mir stand. Denn was soll mir das Forum, ohne einen gesetzmäßigen Gerichtshof? ohne einen unabhängigen Senat? wo mir alle Augenblicke Leute in den Wurf kommen, deren Anblick mir unausstehlich ist? Wenn du aber sagst, die Leute verlangten mit Ungestüm, daß ich zu Rom sey, und wollten mir nicht erlauben abwesend zu seyn, oder nur in sofern sie mir's erlaubten: So laß dir sagen, daß es lange her ist, seit du mir mehr giltst als sie alle. Auch achte ich mich selbst nicht so wenig, daß ich nicht viel lieber meinem eignen Kopfe folgen wollte, als denen aller andern Leute. Indessen gehe ich doch nicht weiter, als mir die gelehrtesten Männer erlauben, deren Schriften über diesen Gegenstand ich allesammt nicht bloß gelesen, (was kein Kranker thut, der das Herz nicht hat, sich seine Arzney selbst zu geben,) sondern sie sogar in die meinige übergetragen habe, was doch wohl kein Zeichen eines zerknickten und gebrochenen Herzens ist. Rufe mich ja nicht von einer so ruhigen Cur in euer Getümmel zurück; ich stände dir nicht für einen Rückfall.

*) D. i. mich aufmunterst, als ein Zerstreuungsmittel, wieder Rechtshändel zu übernehmen.

EPISTOLA XXII. (ad Att. XII. 22.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 708.

Rogat ut negotium, quod ad Terentiam attinebat, suscipiat, quaestionem de Clodia proponit, de hortis fano Tulliae exstruendo emendis iterum rogat.

CICERO ATTICO S.

De Terentia, quod mihi omne onus imponis; non cognosco tuam in me indulgentiam. Ista enim sunt ipsa vulnera, quae non possum tractare sine maximo gemitu. Moderare igitur, quaeso, ut potes. Neque enim a te plus, quam potes, postulo: potes autem, quid veri sit, perspicere tu unus.

De Rutilia, quoniam videris dubitare, scribes ad me, quum scies, sed quamprimum: et, num Clodia, D. Bruto consulari, filio suo, mortuo, vixerit. Id de Marcello, aut certe de Postumia sciri potest; illud autem de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro.

De hortis, etiam atque etiam de rogo. Omnibus meis, eorumque, quos scio mihi non defuturos, facultatibus, sed potero meis, enitendum mihi est. Sunt etiam, quae vendere facile possim. Sed, ut non vendam, eique usuram pendam, a quo emero, non plus annum, possum adsequi, quod volo, si tu

22.

An Atticus.

XII. 22. Attic. 708.

Daß du in dem Geschäfte mit Terentien alle Last auf meine Schultern legst, darin kann ich deine gewohnte Gefälligkeit gegen mich nicht erkennen. Denn das sind ja eben die Wunden, die ich ohne den heftigsten Schmerz nicht anrühren darf. Ich bitte dich also, leite die Sache, wie du kannst; ich muthe dir nicht mehr zu als möglich ist: aber du allein kannst hinter die Wahrheit kommen, und klar in diesen Dingen sehen.

Da du wegen Nutilien *) ungewiß bist, so schreibe mir's, sobald du es selbst weißt; aber je eher je lieber: auch, ob Clodia noch lebte, als ihr Sohn, der Consular Decius Brutus, starb. Dieß Letztere wirst du von Marcellus, oder doch gewiß von Postumia erkundigen können: jenes durch deinen Syrus oder Satyrus. **)

Den Garten ***) empfehle ich dir auf's angelegenste, wenn ich auch all mein Vermögen, und sogar die Beutel derer, auf die ich (wie du weißt) sicher zählen kann, dazu verwenden müßte. Aber schon das Meinige wird hinreichen. Ich habe auch Manches, was ich leicht verkaufen kann. Aber, ohne etwas verkaufen zu müssen, und ohne dem, von welchem ich kaufe, Capital und Zinsen länger als ein Jahr schuldig zu bleiben, werd' ich zu meinem Zwecke kommen, wenn du mir da-

*) Ob sie ihren Sohn überlebt habe oder nicht. M. s. den 17. Br. dieses Buchs.

**) Sclaven des Atticus, die er vermuthlich zum Nachschlagen und Auszüge zu machen, für dergleichen Fälle, besonders abgerichtet hatte.

***) Wo das Denkmahl (fanum) seiner Tullia errichtet werden sollte.

me adjuvas. Paratissimi sunt Drusi; cupit enim vendere. Proximos puto Lamiae; sed abest. Tu tamen, si quid potes, odorare. Ne Silius quidem quidquam utitur, et is usuris facillime sustentabitur. Habe tuum negotium; nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid velim, et cur velim, existima.

EPISTOLA XXIII. (ad Att. XII. 23.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 708.

Cur Romam venire nolit, exponit, de Terentia ut curet, rogat de Atticae valitudine, de hortis emendis.

CICERO ATTICO S.

Putaram te aliquid novi; quod ejus modi fuerat initium literarum, quamvis non curarem, quid in Hispania fieret, tamen te scripturum: sed videlicet meis literis respondisti, ut de foro, et de curia. Sed domus est, ut ais, forum. Quid ipsa domo mihi opus est, carenti foro? Occidimus, occidimus, Attice, jam pridem nos quidem, sed nunc fatemur, posteaquam unum, quo tenebamur, amisimus. Ita-

unum, quo tenebamur] intelligit Tulliam.

zu behülflich bist. Der Garten des Drusus ist am leichtesten zu haben, denn er ist sehr begierig einen Käufer zu finden: nach diesem, glaube ich, der des Lamia. Er ist aber abwesend: gleichwohl suche bey Gelegenheit etwas auszuschnuppern. Auch Silius kommt nie in den seinigen, und die Interessen des Capitals würden ihm sehr wohl thun. Mache dir ein Geschäft aus der Sache, und siehe dabey nicht auf das, was meinen Finanzen zuträglich ist, nach denen ich nichts frage, sondern bedenke bloß, was ich will, und warum ich's will.

23.

An Ebendenselben.

XII. 23. Attic. 708.

So wie dein Brief anfing, mußt' ich erwarten, daß etwas Neues folgen werde; denn, wiewohl mich wenig ansicht, was in Spanien vorgeht, hättest du doch wohl etwas davon geschrieben, wenn du etwas wüßtest: ich finde aber, daß dein Brief eine bloße Antwort auf den meinigen ist, besonders auf das, was ich vom Forum und Rathhaus schrieb. Du sagst: mein Haus würde mir statt des Forums seyn. Aber wozu brauche ich ein Haus, wenn kein Forum mehr für mich ist? Es ist aus mit uns, mein guter Atticus, es ist aus mit uns! Mit mir schon lange: aber jetzt gesteh' ich's erst, nachdem ich das Einzige verloren habe, woran ich noch hing. Daher ziehe ich jetzt den Einöden nach: aber dennoch, wofern mich irgend etwas nach Rom zu kommen veranlassen sollte, *) will ich mir Gewalt anthun, wenn ich anders kann (und ich werd' es können), daß, außer mir, Niemand etwas von

*) Seine junge Gemahlinn zog ihn also nicht?

que solitudines sequor: et tamen, si qua me res isto adduxerit, enitar, si quo modo potero, (potero autem) ut praeter te nemo dolorem meum sentiat: si ullo modo poterit, ne tu quidem. Atque etiam illa causa est non veniendi. Meministi, quid ex te Aledius quaesierit; quin etiam nunc molesti sunt; quid existimas, si venero?

De Terentia ita cura, ut scribis, meque hac ad maximas aegritudines accessione non minima libera.

Et, ut scias me ita dolere, ut non jaceam, quibus consulibus Carneades, et ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali. Haec nunc quaero, quae causa fuerit; de Oropo, opinor, sed certum nescio; et, si ita est, quae controversiae; praeterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit hortis; quae etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres; quae te etiam ex Appollodori puto posse invenire. De Attica, molestum; sed quoniam leviter; recte esse confido. De Gamala dubium mihi non erat.

Unde enim tam felix Ligus pater? Nam quid de me diam, cui ut omnia contingant, quae volo, levari non possum?

unde — pater] Sensus esse videtur: de Gamala dubium mihi non erat, quin ejus morte vehementer adfligeretur Ligus pater. Unde enim tam felix sibi visus est ille, nisi quod hanc filiam haberet? Aliter Manutius explicabat: dubium mihi non erat quin Gamala ex illo morbo moriturus esset: unde enim tanta felicitas patri fuisset, ut tam probo filio diutius uteretur? Quis autem sit ille Ligus, utrum L. Li-

meinem Schmerz gewahr werden soll: wenn es irgend möglich ist, du selbst nicht. Aber ich habe noch eine besondere Ursache, nicht zur Stadt zu kommen. Du erinnerst dich, was Aledius *) von dir wissen wollte? Da sie **) mir sogar jetzt mit ihren Zumuthungen lästig sind, was meinst du würden sie erst thun, wenn ich käme?

Meine Anliegenheit mit Terentien besorge also, wie du mir versprichst, und befreye mich von diesem großen Zuwachs zu meinem ohnehin schon so großen Kummer.

Und nun, damit du sieheſt, daß ich mich von meinem Gram nicht ganz zu Boden drücken lasse, ein Paar Fragen. In deiner Chronik findet sich bemerkt, unter welchen Consuln die Gesandtschaft, an deren Spitze Carneades ***) stand, nach Rom gekommen. Nun möchte ich wissen, weßwegen? Wegen Oropus, denk' ich: und wenn dem so ist, wegen welcher Streitsache? 3) Über dieß welcher Epikureische Philosoph von Nahmen dieser Schule damahls zu Athen vorgestanden? Ingleichen, was für berühmte Staatsmänner es um selbige Zeit zu Athen gegeben? Das Alles wirst du vermuthlich in den Annalen des Apollodorus finden. Daß deine Attica noch nicht ohne Fieber ist, thut mir leid: weil es aber immer schwächer wird, so hoffe ich, Alles werde nun wieder seyn, wie es soll.

Daß Ligus über den Verlust seiner Tochter untröstbar seyn werde, kann ich leicht an mir selbst abnehmen, da mir alles Glück der Welt begegnen könnte, ohne daß mir leichter um's Herz würde. Aber warum sollte denn auch Ligus ein glücklicherer Vater seyn als ich? ****)

*) Ein Vertrauter des Balbus.

**) Die Cäsarischen.

***) Der Vorsteher der so genannten dritten Akademie zu Athen.

****) Da die Anekdote, worauf sich die räthselhafte Stelle bezieht, und die Person des Ligus sowohl als sein Ver-

De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis: id ego quoque audieram, et, ut opinor, heri ad te scripseram; sed quanti quanti, bene emitur quod necesse est. Mihi, quoquo modo tu existimas, (scio enim ego ipse, quid de me existimem,) levatio quaedam est, si minus doloris, at officii debiti.

Ad Sicam scripsi, quod utitur L. Cotta. Si nihil conficeretur de Transtiberinis, habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci; ad hanc rem tamen plus etiam satis. Id velim cogites. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. Nec mihi jam argento, nec veste opus est, nec quibusquam amoenis locis: hoc opus est. Video etiam, a quibus adjuvari possim. Sed loquere cum Silio. Nihil enim est melius. Mandavi etiam Sicae. Rescripsit, constitutum se cum eo habere. Scribat igitur ad me, quid egerit; et tu videbis.

EPISTOLA XXIV. (ad Att. XII. 24.)

Scr. Asturae mense Martio U. C. 708.

De Silii et Oviae negotio, de Ciceronis filii itinere in Graeciam, de Publilii profectione in Africam, de quaestionibus historicis quibusdam, de Cispianis et Praecianis negotiis et Atticae valitudine.

CICERO ATTICO S.

Bene fecit A. Silius, qui transegerit. Neque

gur, an ejus frater M. Octavius Ligur Verr. I. 48. Att. VII. 18. incertum est.

Du meldeſt mir, wie hoch der Garten des Druſus hinauf getrieben worden; auch ich hatte es gehört, und glaube dir geſtern darüber geſchrieben zu haben. Wie viel es ſey, was man nöthig hat, kauft man nie zu theuer. Du denkſt vielleicht anders über dieſen Punct: aber ich weiß recht gut, was ich damit will; und wenn es auch kein Mittel meinen Schmerz zu heben wäre, ſo entledige ich mich dadurch einer pflichtgemäßigen Schuld.

An Sica habe ich geſchrieben, weil er immer mit L. Cotta zu verkehren hat. Wenn wir keinen von den Gärten jenſeits des Tibers bekommen können, ſo hat Cotta einen unweit Oſtia, der zwar klein, aber zu unſerem Zweck mehr als groß genug iſt, und an einem ſehr gangbaren Orte liegt. Ich bitte dich denke darauf, und fürchte dich nur nicht ſo ſehr vor dem Preiſe dieſer Gärten. Ich bedarf jetzt weder Silbergeräth noch Tapezereyen, noch Luſthäuſer: aber dieß iſt Bedürfniß für mich. Auch ſehe ich, daß es nicht an Leuten fehlt, die mir aushelfen können. Hauptſächlich rede mit Silius; denn ſein Garten wäre mir doch der anſtändigſte von allen. Auch darüber hatte ich dem Sica Auftrag gegeben. Er antwortete mir: ſie hätten einen Tag dazu verabredet. Melde mir alſo, wie weit er gekommen iſt, und wie du ſelbſt die Sache anſiehſt.

24.

An Atticus.

XII. 24. Attic. 708.

Silius hat mir einen wahren Dienſt gethan, daß er ſich mit ſeinem Gegner verglichen hat. Ich hätte ihm

hältniß zu Cicero, gänzlich unbekannt ſind, ſo mußte ich ſie entweder überſpringen, oder nach bloßer Vermuthung überſetzen.

enim ei deesse volebam, et, quid possem, timebam. De Ovia, confice, ut scribis.

De Cicerone, tempus esse jam videtur. Sed quaero, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit; de totaque re, quemadmodum, et quando placeat, velim consideres.

Publilius iturusne sit in Africam, et quando; ex Aledio scire poteris: quaeras, et ad me scribas, velim.

Et, ut ad meas ineptias redeam, velim me certiorem facias, P. Crassus, Venulejae filius, vivone P. Crasso consulari, patre suo, mortuus sit, ut ego meminisse videor, an post. Item quaero de Regillo, Lepidi filio, rectene meminerim, patre vivo mortuum.

Cispiana explicabis, itemque Praeciana. De Attica, optime. Ei salutem dices, et Piliae.

meinen Beyſtand nicht gern abgeſchlagen, und war doch in Sorgen, was mir möglich ſeyn würde.

Sey doch ſo gut, und mache dem Geſchäfte mit der Ovia ein Ende. *)

Mit meinem Sohne fängt es an Zeit zu werden; ich möchte nur wiſſen, ob ich ihm, was er zu Athen nöthig haben wird, durch Anweiſung oder Wechſel zu Handen kommen laſſen kann, oder es ihm in klingender Münze übermachen muß? Ich bitte dich, die ganze Sache in Überlegung zu nehmen, und mir über wie und wann dein Gutachten mitzutheilen.

Ob Publilius **) nach Afrika gehen werde und wann, wird dir Alebius ſagen können: erkundige dich bey ihm, und ſchreibe mir ſeine Antwort. Um wieder auf meine Kindereyen zurückzukommen, ſey ſo gut und berichte mich, ob Publ. Craſſus, der Venuleia Sohn, bey Lebzeiten ſeines Vaters des Conſulars P. Craſſus, geſtorben ſey, (wie ich mich zu erinnern glaube) oder erſt nachher? Auch ſchlage nach, und ſage mir, ob mein Gedächtniß mich nicht trügt, daß Regillus, des Lepidus ***) Sohn, bey ſeines Vaters Leben geſtorben? Was ich an Ciſpius und Präcius zu fordern habe, wirſt du aus einander ſetzen.

Daß es mit Attica ſo gut geht, freut mich. Grüße ſie und deine Pilia von Meinetwegen.

*) Wovon im 21ſten Br. dieſes Buchs die Rede iſt.

**) So muß derjenige wahrſcheinlich heißen, nach welchem C. ſich hier erkundigt, ohne daß wir wiſſen warum? War es etwan ein Bruder oder Anverwandter ſeiner zweyten Gemahlinn? Publius iſt wohl nie ein Römiſcher Geſchlechtsnahme geweſen, wie Mongault meint.

***) Der im Jahr 675. mit Q. Catulus Conſul war.

EPISTOLA XXV. (ad Att. XII. 25.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 708.

De Silii hortis emendis, sed ita ut numerato potius quam aestimatione.

CICERO ATTICO S.

Scripsit ad me diligenter Sica de Silio, seque ad te rem detulisse: quod tu idem scribis. Mihi et res, et conditio placet, sed ita, ut numerato malim, quam aestimatione. Voluptarias enim possessiones nolet Silius. Vectigalibus autem ut his possum esse contentus, quae habeo, sic vix minoribus. Unde ergo numerato? H-SDC exprimes ab Hermogene, quum praesertim necesse erit; et domi video esse H-SDC. Reliquae pecuniae vel usuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraesentabimus. Erit etiam aliquid alicunde. Sed totam rem tu gubernabis. Drusianis vero hortis hos multo antepono; neque sunt umquam comparati. Mihi crede una me causa movet, in qua scio me τετυφῶσθαι. Sed, ut facis, obsequere huic errori meo. Nam quod scribis ἐγγύημα; actum jam de isto est, alia magis quaero.

ἐγγύημα] hoc malim de loco ad requiem senectutis parato, quam quod Ernestio visum de cura rei publicae accipere. Manutius accepit de subsidio senectuti parando; Atticum enim Ciceroni suasisse putabat, ut parceret pecuniae in futurum senectutis usum, nec tantum in hortos istos erogaret. Verum quod ex epist. ad Att. XII. 44. intelligitur, de loco capiendum, ubi aliquis senectutem suaviter et quiete transigere possit. Ibi enim ait: Mihi vero et locum, quem opto, ad id, quod volumus (nempe ad fanum Tulliae consecrandum) dederis, et praeterea ἐγγύημα. Hoc autem loco ait: Mihi crede una me causa movet ad hortos emendos, in quo scio me insanire, ut locum habeam fano Tulliae exstruendo idoneum. Sed, ut facis, obsequere huic er-

25.

An Ebendenselben.

XII. 25. Attic. 709.

Sica hat mir von seiner Unterhandlung mit Silius umständlichen Bericht abgestattet, und hinzugesetzt, was du selbst bestätigst, er habe nun die ganze Sache in deine Hände gelegt. Mir gefällt sowohl die Sache selbst, als die Bedingung, nur daß ich das Grundstück lieber mit barem Gelde bezahlen, als gegen ein anderes eintauschen möchte: denn mit Besitzthümern, die nichts als Vergnügen eintragen, dürfte dem Silius schwerlich gedient seyn; und ich kann zwar mit den Renten die ich habe, auskommen, doch nicht wohl mit wenigern. Aber wo bar Geld hernehmen, sagst du? Nun! Sechzig Tausend Sesterzien wirst du vom Hermogenes *) auspressen können, zumahl wenn er sieht, daß ich sie nöthig habe: eben so viel liegen, wie ich weiß, in meinem Hause vorräthig; 4) vom Rest geben wir dem Silius allenfalls Zinsen, bis wir von Faberius oder einem, der ihm schuldig ist, Geld erhalten. Allenfalls wird auch noch anderswoher etwas zu bekommen seyn. Doch du wirst die ganze Sache schon einzuleiten wissen. Übrigens ziehe ich diesen Garten dem Drusischen weit vor; sie waren nie mit einander zu vergleichen. Glaube mir, ich habe nur eine Ursache, warum dieser Handel mir so sehr am Herzen liegt: ich weiß, daß es im Grund eine grillenhafte Eitelkeit von mir ist; aber du mußt mir schon darin nachgeben, und du thust es auch. Denn mit dem εγγραμμα des alten Cato, woran du mich erinnerst, 5) ist's vorbey; jetzt ist mir's um ganz andere Dinge zu thun.

*) Einem Geldhändler, der, wie es scheint, eine beträchtliche Summe von Cicero in Händen hatte.

EPISTOLA XXVI. (ad Att. XII. 26.)

Scr. Asturae circa XII. Kal. Aprili A. U. C. 708.

Sicam ad se venturum; Atticus quod non veniat, se ignoscere; Niciam ad se venire nolle.

CICERO ATTICO S.

Sica, ut scribit, etiam si nihil confecerit cum A. Silio, tamen se scribit x kal. esse venturum.

Tuis occupationibus ignosco; aeque mihi sunt notae. De voluntate tua, ut simul simus, vel studio potius et cupiditate, non dubito. De Nicia quod scribis, si ita me haberem, ut ejus humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere. Sed mihi solitudo et recessus provincia est. Quod quia facile ferebat Sica, ego magis illum desidero. Praeterea nosti Niciae nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. Cur ego illi molestus velim, quum mihi ille jucundus esse non possit? voluntas tamen ejus mihi grata est.

Unam rem ad me scripsisti, de qua decrevi nihil tibi scribere. Spero enim me a te impetrasse, ut privares me ista molestia. Piliae, et Atticae salutem.

rori meo. Nam quod scribis ἐγγήιαμα: mihi quaerendum esse locum ubi senectutem quiete possim transigere, actum jam de isto est, i. e. de hoc jam nihil amplius cogito, alia magis quaero. Schütz.

26.

An Atticus.

XII. 26. Attic. 708.

Sica schreibt mir, wenn er auch mit Silius noch nicht zum Abschluß kommen könne, gedenke er doch am 23sten *) zu kommen.

Deine Geschäfte sind eine gültige Entschuldigung, um so mehr, da ich sie kenne, und an deinem guten Willen oder vielmehr deinem ernstlichen Verlangen, daß wir beysammen seyn möchten, nicht zweifle. In Betreff dessen, was du mir von Nicias schreibst, so wäre er gewiß einer von denen, die ich am liebsten um mich hätte, wenn ich mich so befände, daß ich seines freundlichen Anerbiethens genießen könnte. Aber Einsamkeit und Abgeschiedenheit ist jetzt alles, was ich nöthig habe: und daß Sica sich hierin leicht nach mir bequemen könnte, ist die eigentliche Ursache, warum mich nach ihm verlangt. Zudem ist dir ja die schwächliche weiche Leibesbeschaffenheit unsers guten Nicias bekannt, und wie unentbehrlich ihm seine gewohnte Lebensweise ist. Warum sollte ich ihm ein beschwerlicher Gesellschafter seyn wollen, da er mir kein angenehmer seyn kann? Indessen danke ich ihm doch für seinen guten Willen.

Du hast mir über einen einzigen Punct geschrieben, worauf ich entschlossen bin, dir nichts zu antworten. Denn ich hoffte von dir erhalten zu haben, daß du mir diese Last von den Schultern nehmest. An Pilia und Attica meinen Gruß.

*) Ich vermuthe daß der 23ste März dieses Jahres gemeint sey.

EPISTOLA XXVII. (ad Att. XII. 27.)

Scr. Asturae mense Martio A. U. C. 708. ut videtur X. Kal. Apr.

De Silii hortis emendis; de Cottae villa, de Ciceronis filii profectione, de Bruti adventu.

CICERO ATTICO S.

De Siliano negotio, etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cogniturum. Cottae quod negas te nosse, ultra Silanam villam est, (quam puto tibi notam esse,) villula sordida, et valde pusilla; nihil agri; ad aliam rem loci nihil; satis ad eam, quam quaero. Sequor celebritatem. Sed, si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis, (est enim totum positum in te,) nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus.

De Cicerone, ut scribis, ita faciam, ipsi permittam de tempore; nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis.

Ex Aledio, quod scribis, si quid inveneris, scribes.

Et ego ex tuis animadverto literis, et profecto tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus; eadem quotidie, quae jam, jamque ipsa contrita sunt; tamen facere non possum, quotidie ad te mittam, ut tuas accipiam. De Bruto tamen, si quid habebis. Scire enim jam puto, ubi Pansam exspectet. Si, ut consuetudo est, in prima provincia, circiter Kal. adfuturus videtur. Vellem tardius. Valde enim

27.

An Ebendenſelben.

XII. 27. Attic. 708.

Wiewohl mir die Bedingungen, unter welchen Silius mir ſein Grundſtück ablaſſen will, bereits bekannt ſind, ſo wird mir doch lieb ſeyn, heute von Sica umſtändlicher darüber belehrt zu werden. Du ſagſt, du kenneſt das Gütchen des Cotta nicht. Es liegt etwas weiter über dem Siliſchen, das dir, denk' ich bekannt iſt, hinaus. Es iſt ein räucheriges, ſehr kleines Bauerhäuschen, ohne Acker, für allen andern Gebrauch nichts: für den, den ich ſuche, gerade hinreichend. Mir iſt's bloß um einen Platz zu thun, der recht vielen Leuten in die Augen falle. Wenn aber der Handel mit Silius zu Stande kommt, das heißt, wenn du ihn zu Stande bringſt, (da nun die ganze Sache lediglich auf dir beruht) ſo iſt an Cotta nicht weiter zu denken.

Mit meinem Sohne will ich es halten, wie du ſchreibſt: die Zeit ſeiner Abreiſe ſoll ihm überlaſſen ſeyn. Einwechslung der benöthigten Gelder wirſt du beſorgen.

Wenn du vom Aledius etwas [über die Abreiſe des Publilius] erfährſt, ſchreibſt du mir's.

Ich erſehe aus deinem Briefe, was du aus dem meinen auch erſehen wirſt, daß wir einander nichts zu ſchreiben haben: alle Tage eben dasſelbe, wird endlich abgenutzt; und dennoch kann ich mir nicht anders helfen, als daß ich dir alle Tage ſchreibe, um wieder einen Brief von dir zurück zu bekommen. Wenn du alſo vielleicht etwas von Brutus wüßteſt, ſo ſchreib es mir. Denn ich bilde mir ein, ich wiſſe nun, wo er den Panſa erwartet. Woferu, wie es gewöhnlich iſt, an der diesſeitigen Gränze der Provinz, ſo wird er ungefähr auf den erſten [April] in Rom eintreffen. Ich hätte lieber ſpä-

*) Seinen Nachfolger in der Provinz.

urbem fugio multas ob causas. Itaque id ipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem; quod quidem video facile esse. Sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliae, Atticae salutem.

EPISTOLA XXVIII. (ad Att. XII. 28.)

Scr. Asturae post X. Kal. Apr. A. U. C. 703.

De Silii et Terentiae negotio, de solitudine sua, et moerore, de Triarii negotio, de Castriciano, de Publilii itinere, denique Lentulum puerum Attici curae commendat.

CICERO ATTICO S.

De Silio nihilo plura cognovi ex praesente Sica, quam ex literis ejus. Scripserat enim diligenter. Si igitur tu illum conveneris, scribes ad me, si quid videbitur.

De quo putas ad me missum esse, sit missum, necne, nescio; dictum quidem mihi certe nihil est. Tu igitur, ut coepisti; et, si quid ita conficies, (quod equidem non arbitror fieri posse,) ut illi probetur, Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis. Ejus aliquid interest, videri illius causa voluisse; mea quidem nihil, nisi id, quod tu scis; quod ego magni aestimo.

Quod me ad consuetudinem revocas; fuit meum quidem jam pridem rem publicam lugere; quod

ter. Denn ich scheue mich aus vielen Ursachen, gewaltig vor der Stadt. Ich bin daher auch noch ungewiß, ob ich nicht irgend eine Entschuldigung für ihn bereit halten soll, was nicht schwer seyn wird. Doch wir haben noch Zeit genug uns darüber zu bedenken. An Pilia und Attica meinen Gruß.

28.

An Ebendenselben.

XII. 28. Attic. 708.

Vom Silius hat mir Sica mündlich nicht mehr sagen können, als ich schon aus seinen Briefen wußte; denn er schrieb immer sehr ausführlich. Wenn du also Jenen zu sprechen bekommst, so melde mir, was du von der Sache denkst.

Du glaubst, Terentia *) habe etwas an mich gelangen lassen: ob sie das gethan hat oder nicht, ist mir unbekannt; aber gewiß ist, daß mir nichts gesagt worden. Fahre du also fort, wie du angefangen, und wenn du ihr einen Vorschlag thun kannst, womit sie zufrieden ist [woran ich sehr zweifle], so nimm, wofern du nichts dagegen hast, meinen Sohn dazu, welchen daran gelegen ist, ihr zu zeigen, daß er Theil an ihr nehme. Ich für meine Person habe kein anderes Interesse dabey, als das, was du weißt, **) und worauf ich einen hohen Werth lege.

Wenn du mich zu meiner gewohnten Art zu leben zurückrufst, so ist meine Antwort; daß ich schon lange um die Republik zu trauern Ursache hatte: was ich auch

*) C. nennt sie nicht, aber daß von ihr die Rede sey, ergibt sich aus dem Zusammenhang.

**) Nähmlich, daß er sich in Ansehung ihrer keinen Vorwurf zu machen habe.

faciebam, sed mitius. Erat enim, ubi acquiescerem. Nunc plane nec ego victum, nec vitam illam colere possum : nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo. Quod me ipse per literas consolatus sum, non poenitet me, quantum profecerim. Moerorem minui; dolorem nec potui, nec, si possem, vellem.

De Triario, bene interpretaris voluntatem meam. Tu vero nihil, nisi ut illi volent. Amo illum mortuum; tutor sum liberis; totam domum diligo.

De Castriciano negotio, si Castricius pro mancipiis pecuniam accipere volet, eamque ei solvi, ut nunc solvitur : certe nihil est commodius. Sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret : non mihi videtur esse aequum. Rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi videatur. Nolo enim negotii Quintum fratrem quidquam habere ; quod, videor mihi intellexisse, tibi idem videri.

nunc plane — colere possum] nec victum urbanum et lautiorum, nec vitam illam urbanam, negotiosam etc. colere victum, imo et vitam vix satis commode dicitur. An scripsit tolerare? — Ernesti.

nec, si possem, vellem] esset enim inhumanum amissa unica filia et tali filia, non dolere.

that, nur gemäßigter, weil ich diejenige noch hatte, die mein Gemüth zu beruhigen wußte. Aber nun iſt es mir unmöglich, jene alte Lebensweiſe und Beſchäftigung fortzuſetzen: und ich glaube hierin nicht ſowohl auf das, was Andern, als was mir dünkt, Rückſicht nehmen zu müſſen. Mein Bewußtſeyn iſt mir mehr, als was die ganze Welt von mir reden mag. Daß ich bey meinen Büchern und Ausarbeitungen Troſt geſucht habe, gereuet mich nicht, wenn ich auch nicht viel damit ausgerichtet hätte. Ich verminderte dadurch wenigſtens meine Traurigkeit; meinen Schmerz konnt' ich nicht mindern, und wenn ich's könnte, ſo wollt' ich nicht.

Wegen des Triarius *) haſt du meine Meinung vollkommen getroffen. Thue aber nichts als was der Familie recht iſt. Ich liebe den Alten noch nach ſeinem Tode; ich bin ſeiner Kinder Vormund, und halte viel auf die ganze Familie.

In Betreff des Caſtriciſchen Handels, wenn Caſtricius **) für die Sclaven bares Geld nehmen will, und auf den Fuß bezahlt wird, wie es dermahlen geſetzmäßig iſt, ſo kann man ſich's gewiß ſehr gefallen laſſen: hat man ſich aber verglichen, daß er die Sclaven zurücknehmen dürfe, ſo dünkt mich das nicht billig — weil du doch willſt, daß ich dir ſchreibe, wie ich die Sache anſehe. Denn ich möchte nicht, daß mein Bruder dadurch in Verlegenheit geriethe, und wenn ich dich recht verſtehe, ſo ſiehſt du die Sache eben ſo an.

*) Die Sache, wovon die Rede hier iſt, läßt ſich nicht wohl ausmitteln: derjenige aber, den es betrifft, iſt vermuthlich der C. Triarius, der im 3ten Capitel des 1ſten Buchs de Finib. als ein in primis gravis et doctus adolescens gerühmt, und in dieſem Dialog als redende Perſon aufgeführt wird.

**) Ein Römiſcher Ritter, der in Aſien Handelsgeſchäfte machte, und welchem Cicero's Bruder Quintus (wie es ſcheint) die Sclaven, die Caſtricius an ihn verkauft hatte, noch ſchuldig war.

Publilius, si aequinoctium exspectat, ut scribis Aledium dicere, navigaturus videtur. Mihi autem dixerat per Siciliam. Utrum, et quando, velim scire.

Et velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quae tibi videbitur, attribuas. Piliae, Atticae salutem.

EPISTOLA XXIX. (ad Att. XII. 29.)

Scr. Asturae exeunte Martio A. U. C. 708.

De Silio ut scribat rogat, cur hoc tempore cum Bruto convenire nolit, ostendit, petit, ut negotium de hortis explicet.

CICERO ATTICO S.

Silius, ut scribis, hodie. Cras igitur, vel potius quum poteris, scribes, si quid erit, quum videris.

Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo levationem ullam exspecto; sed erant causae, cur hoc tempore istic esse nollem; quae si manebunt, quaerenda erit excusatio ad Brutum; et, ut nunc est, mansurae videntur.

Wenn Publilius, wie dir Aledius sagt, auf die Tag- und Nachtgleiche warten will, so schließe ich daraus, daß er [gerade nach Afrika?] segeln will. Mir hingegen sagte er, er wolle durch Sicilien. Welches von beyden, und wann, wünschte ich nun zu wissen. *)

Auch wünschte ich daß du, sobald es mit deiner guten Gelegenheit geschehen kann, nach dem kleinen Lentulus [meinem Enkel] sehen, und von den Leibeigenen, so viele und welche du für gut finden wirst, zu seinem Dienst bestellen möchtest. Meinen Gruß an Pilia und Attica.

29.

An Atticus.

XII. 29. Attic. 708.

Silius wird heute mit dir sprechen schreibst du? Morgen also, oder vielmehr sobald du kannst, meldest du mir, ob ihr des Handels einig worden seyd.

Dem Brutus begehre ich zwar nicht auszuweichen, erwarte aber auch keine Erleichterung von ihm. **) Indessen habe ich doch meine Ursachen, warum ich, um die Zeit seiner Ankunft, nicht gern in Rom seyn möchte; bleiben diese (und allem Ansehen nach werden sie bleiben), so müssen wir auf eine Entschuldigung bey Brutus bedacht seyn. ***)

*) Ich gestehe, daß ich in dieser Stelle nicht recht klar sehen kann: zumahl da dieser Brief unstreitig einige Zeit nach dem Tode der Tullia, und nicht (wie Mongault aus dieser Stelle schließt) zu Ende Februars oder Anfang des Märzes geschrieben ist. Die Rede wäre also hier von der nächsten Herbst-Tag- und Nachtgleiche.

**) Brutus war für Cicero's mildere Sinnesart zu strenge und trocken und für seine Eitelkeit zu stolz.

***) Denn einem aus seiner Provinz zurückkommenden Senator

De hortis, quaeso explica. Caput illud est, quod scis. Sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam opus sit. Nec enim esse in turba possum, nec a vobis abesse. Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. Et de hac re quid tui consilii sit. Mihi persuasum est, et eo magis, quod idem intellexi tibi videri, me ab Oppio et Balbo valde diligi. Cum iis communices, quanto opere, et quare velim hortos; sed id ita posse, si expediatur illud Faberianum; sintne igitur auctores futuri, si qua etiam jactura facienda sit in repraesentando. Quoad possunt adducito; totum enim illud desperatum. Denique intelliges, ecquid inclinent ad hoc meum consilium adjuvandum. Si quid erit, magnum est adjumentum; sin minus, quacumque ratione contendamus. Vel tu illud ἐγγήραμα, quemadmodum scripsisti, vel ἐντάφιον putato.

De illo Ostiensi nihil est cogitandum. Si hoc non

vel tu illud] Vulgo vetus illud. Sed cur hoc ἐγγήραμα Cicero vetus h. l. diceret? Rescripsi vel tu, quod optime sequentibus convenit. Emendi sunt mihi horti, inquit: tuque illud licet vel ἐγγήραμα, sicut scripsisti, h. e. locum senectuti quietae transigendae, vel ἐντάφιον i. e. locum sepulcro meo indoneum putes.

Ich bitte dich, mache daß der Gartenkauf endlich einmahl zu Stande kommt. Was meine Hauptabsicht ist, weißt du: doch möchte ich nebenher auch auf mein Bedürfniß Rücksicht nehmen. Denn es ist mir eben so unmöglich, weit von euch entfernt zu leben, als im Getümmel der Stadt. Zu dieser meiner Absicht finde ich keinen passendern Ort als diesen. Was hierüber deine Ansichten und Maßregeln sind, glaube ich zu wissen; zumahl da ich sehe, auch du findest, daß ich bey Oppius und Balbus etwas gelte. Diesen also suche begreiflich zu machen, warum und wie sehr ich einen Garten in der Nähe von Rom zu kaufen wünsche, daß ich es aber nur könne, wenn der Posten, für welchen ich an Faberius angewiesen bin, *) unverweilt ausgezahlt werde. Höre nun, ob ich hierin auf ihre Unterstützung zählen könnte; sollten sie dazu auch nur zu bringen seyn, wenn ich etwas an der Summe fallen ließe: was ich mir um so mehr gefallen lassen könnte, da auf das ganze Capital wenig Rechnung zu machen ist. Zeigten sie sich meinen Wünschen günstig, so wäre viel gewonnen: wo nicht, so müssen wir Alles versuchen, auf irgend eine andere Art zum Zwecke zu kommen. Bilde dir ein, es sey um ein ruhiges Winkelchen für meine alten Tage, oder um einen Grabschmuck zu thun.

An das Bauerhäuschen zu Ostia ist gar nicht zu denken. Bekommen wir das Grundstück von Silius nicht, (mit Lama ist, denk' ich, nichts zu machen,)

einen Willkommsbesuch zu machen, gehörte bey den Römern unter die Pflichten.

*) Aus allen Umständen ergibt sich, daß Cicero auf einem von Cäsarn confiscirten, und einem seiner Günstlinge besonders anständigen Gute irgend eines Pompejaners vom ersten Range, oder des Pompejus selbst, ein Capital stehen hatte, wegen dessen er von Cäsarn an diesen Faberius (einen übrigens ganz unbekannten, vermuthlich R. Ritter) angewiesen worden war.

adsequimur, (a Lamia non puto posse,) Damasippi experiendum est.

EPISTOLA XXX. (ad Att. XII. 30.)

Scr. Asturae exeunte Martio A. U. C. 708.

De Silii hortis et manicipiis Castricianis.

CICERO ATTICO S.

Quaero, quid ad te scribam: sed nihil est. Eadem quotidie. Quod Lentulum invisis, valde gratum. Pueros attribue ei, quot, et quos videbitur.

De Silii voluntate vendendi, et quanti, tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Sica aliter: sed tibi adsentior. Quare, ut ei placuit, scripsi ad Egnatium.

Quod Silius te cum Clodio loqui vult, potes id mea voluntate facere; commodiusque est, quam, quod ille a me petit, me ipsum scribere ad Clodium.

De mancipiis Castricianis, commodissimum esse credo, transigere Egnatium: quod scribis, te ita futurum putare. Cum Ovia, quaeso, vide ut conficiatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola plura exspecto.

et quanti] Vulgo et de eo quanti. Jam Ernestio suspectum fuit de eo, fidque delevimus. Nam et quanti pendet a vendendi; q. d. quod ad Silium attinet, an velit et quanti velit hortos vendere.

ſo müſſen wir einen Verſuch beym Damaſippus *) machen.

30.

An Ebendenſelben.

XII. 30. Attic. 708.

Ich beſinne mich herum, was ich dir ſchreiben könnte, und finde nichts. Alle Tage das nähmliche. Daß du ſo fleißig nach dem kleinen Lentulus ſiehſt, iſt ſehr freundlich. Gib ihm ſo viele Sclaven zur Aufwartung, als du für gut findeſt, und wähle ſie nach deinem Gefallen.

Wie ich merke, zweifelſt du, daß es dem Silius Ernſt ſey, ſeinen Garten zu verkaufen, und beſorgſt, er wolle zu hoch hinauf: Sica ſpricht anders; aber ich bin deiner Meinung. Gleichwohl habe ich, um ihm den Willen zu thun, an Egnatius geſchrieben.

Mit dem [Geldhändler] Clodius kannſt du, meinethalben, reden, weil Silius es wünſcht: es iſt immer ſchicklicher, als daß ich ſelbſt an Clodius ſchreibe, wie jener von mir verlangt.

Die Sclaven des Caſtricius betreffend, dünkt mich das Schicklichſte, daß Egnatius ſich mit ihm vergleiche, was, wie du mir ſchreibſt, vermuthlich geſchehen wird. Ich bitte dich, ſiehe zu, daß Ovia ihr Geld bekommt. Weil es ſchon ſpät in der Nacht war, als du mir ſchriebſt, ſo hoffe ich, dein heutiger Brief werde deſto reichhaltiger ſeyn.

*) Der immer Häuſer, Gärten, Landgüter, Bildſäulen, Gemählde, koſtbares Geräthe und alles Mögliche zu verkaufen hatte. Man ſehe, im 9ten Br. unſers Vten Buchs, die Erläut. 8.

EPISTOLA XXXI. (ad Att. XII. 31.)

Scr. Asturae exeunte Martio A. U. C. 708.

De Drusi hortis fano Tulliae exstruendo emendis.

CICERO ATTICO S.

Silium mutasse sententiam Sica mirabatur. Equidem magis miror, quod, quum in filium causam conferret, quae mihi non injusta videtur; (habet enim qualem vult,) ais te putare, si addiderimus aliud; a quo refugiat, quum ab ipso id fuerit destinatum venditurum. Quaeris a me, quod summum pretium constituam, et quantum anteire istos hortos Drusi; accessi numquam; Coponianam villam veterem, non magnam novi, et silvam nobilem, fructum autem neutrius; quod tamen puto nos scire oportere. Sed mihi utrivis istorum, tempore magis meo, quam ratione aestimandi sunt. Possim autem adsequi, necne, tu velim cogites. Si enim Faberianum venderem, explicare vel repraesentatione non dubitarem de Silianis, si modo adduceretur, ut venderet; si venales non haberet, transirem ad Drusum, vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit. Magno

si addiderimus — venditurum] Sententia haec est: Si una cum eo loco, quem petimus, ab eo desideraverimus, ut vendat nobis alium, quem cupit abjicere et alienare, ubi ab ipso hunc emerimus, et illum quem optamus accessionem daturum.

31.

An Ebendenselben.

XII. 31. Attic. 708.

Sica wird große Augen machen, wenn er hört, daß Silius seine Entschließung geändert hat. Ich hingegen wundere mich mehr, wie du — da er doch seinen Sohn (mit dem er große Ursache hat zufrieden zu seyn) als eine, meines Erachtens, gerechte Ursache das Gütchen nicht verkaufen zu wollen, angibt, — wie du, sag' ich, glauben kannst, er würd' es mir dennoch ablassen, wenn ich noch ein anderes, daß ihm verleidet und deßwegen feil ist, dazu kaufen wollte. Du fragst mich nach dem äußersten, was ich zu geben Lust hätte, und wie viel mehr als um den Garten des Drusus: ich habe beyde nie gesehen. Das Landhaus des Coponius *) kenne ich: es ist ein altes, nicht großes Gebäude, und es gehört ein ansehnlicher Wald dazu: aber beyder Ertrag ist mir unbekannt, und den sollten wir, dünkt mich, doch wissen. Indessen muß bey Bestimmung ihres Werthes weniger in Betrachtung kommen, was sie abwerfen, als wie nöthig sie mir sind. Ob ich aber die Mittel habe, die eine oder die andere dieser Besitzungen an mich zu bringen, das ist es, worauf ich dich zu denken bitte: Könnte ich das Capital, das mir auf Faberius versichert ist, zu Gelde machen, so zweifle ich nicht, ich würde den Garten des Silius bar zu bezahlen im Stande seyn, wenn er nur dahin zu bringen wäre, ihn zu verkaufen: wär' er ihm aber nicht feil, so bestimmte ich mich für den des Drusus, wenn ich auch so viel darum geben müßte, als Egnatius dir sagte, daß er verlange. Um ihn mit klingender Münze zu bezahlen, könnte mit Hermogenes **) von großer

*) Ein anderes, das Attieus in Vorschlag brachte.

**) Clodius Hermogenes, ein Geldverleiher.

etiam adjumento nobis Hermogenes potest esse in repraesentando. At tu concede mihi, quaeso, ut eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat: et tamen servio ita cupiditati et dolori meo, ut a te regi velim. Egnatius mihi scripsit. Is si quid tecum locutus erit, (commodissime enim per eum agi potest) ad me scribe: et id agendum puto. Nam cum Silio non video confici posse. Piliae et Atticae salutem. Hae ad te mea manu. Vide, quaeso, quid agendum sit.

EPISTOLA XXXII. (ad Att. XII. 32.)

Scr. Asturae exeunte Martio A. U. C. 708.

De congressu cum Publilia ejusque mare et fratre vitando, de pecunia Ciceroni fil. peregrinationis causa attribuenda.

CICERO ATTICO S.

Publilia ad me scripsit, matrem suam cum Publilio ad me venturam, et se una, si ego paterer: orat multis et supplicibus verbis, ut liceat, et ut sibi rescribam. Res quam molesta sit, vides. Rescripsi, me etiam gravius esse adfectum, quam tum, quum illi dixissem, me solum esse velle; quare nolle me hoc tempore eam ad me venire. Pu-

Beyhülfe seyn. Dich aber bitte ich, gestatte mir, zu denken, wie man denkt, wenn man etwas mit Ungeduld zu haben wünscht; zumahl, da ich dem Drang meiner Kaufluſt und meines Schmerzes nicht so sehr nachgebe, daß ich mich von dir nicht regieren lassen wollte. Egnatius hat mir geschrieben. Zum Unterhändler mit Drusus taugt Niemand besser als er: und mit diesem will ich mich nun einlassen, da ich sehe, daß mit Silius nichts zu machen ist. Wenn dir also Egnatius etwas hinterbringt, so meld' es mir. An Pilia und Attica meinen Gruß. Diese Worte habe ich eigenhändig geschrieben. Ich bitte dich, siehe was zu thun ist.

32.

An Atticus.

XII. 32. Attic. 708.

Publilia hat mir geschrieben: ihre Mutter (sie meint sie habe einen Publilius 6) vor sich) werde mit ihm zu mir kommen, und sie würde mitkommen wenn es mir nicht entgegen wäre: sie bittet mich also, mit vieler Weitschweifigkeit und in den demüthigsten Ausdrücken, daß ich es ihr erlauben und ihr schriftlich antworten möchte. — Du siehst wie verdrießlich mir diese Zudringlichkeit seyn muß. *) Ich schrieb ihr zurück: „Ich befände mich in einer noch gedrücktern Gemüthsverfassung als damahls, da ich ihr gesagt, ich wolle allein seyn: ich wolle also nicht, daß sie

*) Wir sehen es ebenfalls; aber wir sehen auch, daß ein 62-jähriger Mann von Cicero's Rang und Charakter kein schönes und reiches Mädchen von fünfzehn hätte heirathen sollen, wenn er nicht sowohl in der Verfassung, als fest entschlossen war, ihr besser zu begegnen.

tabam, si nihil rescripsissem, illam cum matre venturam: nunc non puto. Adparebat enim, illas literas non esse ipsius. Illud autem, quod fore video, ipsum volo vitare, ne illi ad me veniant. Et una est vitatio, ut ego absim. Nolim. Sed necesse est. Te hoc nunc rogo ut explores, ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. Ages, ut scribis, temperate.

Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen, si tibi non iniquum videbitur, ut sumtus hujus peregrinationis, quibus, si Romae esset, domumque conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat, adcommodet ad mercedes Argileti, et Aventini: et quum ei proposueris, ipse velim reliqua moderere, quemadmodum ex iis mercedibus

non esse ipsius] Publiliae, quam Cicero nuper uxorem duxerat, sed matris, quae eas quasi nomine filiae scripserat.

ut ego absim. Nolim; sed necesse est] Sic correximus vulgatum: et una est vitatio; ut ego nollem, sed necesse est. In quo sensus aperte laborat. Cicero ait: Publilium ejusque matrem, quos ad me venturos video hac una ratione vitare possum, si Astura, ubi nunc sum, illis huc venientibus, absim. Ac nolim quidem hinc discedere, sed necesse est. Gronov.

dermahlen zu mir komme.“ — Ich dachte, wenn ich ihr nicht schriftlich antwortete, würde sie [um so gewisser] mit ihrer Mutter kommen: nun denke ich, sie kommt nicht. Denn allem Ansehen nach war ihr Brief nicht ihr eigenes Machwerk. Da ich aber voraussehe, daß sie [über lang oder kurz] doch kommen werden, und ich entschlossen bin, ihnen auszuweichen: so war vor der Hand kein Mittel sie mir vom Leibe zu halten, als ihnen zu sagen, ich wolle sie nicht sehen. *) Ich bitte dich nun mit guter Art, wie du schreibst, **) auszuforschen, bis auf welchen Tag ich noch hier seyn darf, um nicht von ihnen überfallen zu werden.

Meinem Sohne bitte ich (doch nur sofern du es nicht unbillig findest) den Antrag zu thun, daß er zu Bestreitung der Reisekosten nach Athen, von meinen Argiletischen und Aventinischen Miethzinsen ***) so viel nehme, als womit er völlig zufrieden gewesen wäre, wenn er (wie er gesonnen war) zu Rom geblieben, und ein eigenes Haus gemiethet hätte. Wenn du darüber mit

*) Die mehr als lakonische Kürze, womit C. sich hier ausdrückt, macht den Sinn dieser Stelle dunkel, und sie wird mir durch Manuzzi's Auslegung nicht klärer, da ich nicht sehe, was aus den Worten, „sed necesse est“ zu machen ist. Denn entweder sind sie überflüssig oder sie beziehen sich auf etwas uns unbekanntes.

**) Atticus wußte also um Publiliens Vorhaben, und hatte in dem Brief, worauf dieser die Antwort ist, etwas davon erwähnt.

***) Argiletum hieß eine Gegend in der IXten *Region* der Stadt zwischen dem Circus Maximus und dem Aventinischen Hügel, welche mit einer unzähligen Menge von Kaufgewölben und Buden für alle Arten von Gewerben und Handwerkern bedeckt war, aus deren Vermiethung die Großen und Reichen zu Rom (als die Eigenthümer dieser Gebäude) große Summen zogen. Mit einem großen Theil der Wohnhäuser und Kramläden auf dem Aventinus hatte es die nähmliche Bewandtniß.

suppeditemus ei quod opus sit. Praestabo, nec Bibulum, nec Acidinum, nec Messalam, quos Athenis futuros audio, majores sumtus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur. Itaque velim videas, primum, conductores qui sint, et quanti; deinde, ut sit, qui ad diem solvat; et, quid viatici, quid instrumenti satis sit. Jumento certe Athenis nihil opus est. Quibus autem in via utatur, domi sunt plura, quam opus erat: quod etiam tu animadvertis.

EPISTOLA XXXIII. (ad Att. XII. 33.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 708.

De hortis Transtiberinis emendis.

CICERO ATTICO S.

Ego, ut heri ad te scripsi, si et Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se praebuerit, Damasippum velim adgrediare. Is, opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorum jugerum, ut certa pretia constitueret; quae mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, quidquid egeris. Vehe-

ihm einverſtanden biſt, ſo triff die Einrichtung, daß wir für das Übrige, was er nöthig haben wird, mit den beſagten Zinſen ausreichen. Ich gebe ihm mein Wort, daß weder Bibulus, noch Acidinus, noch Meſſala, *) die, wie ich höre, ſich zu Athen aufzuhalten gedenken, größern Aufwand machen werden, als der aus dieſen Miethen beſtritten werden kann. Ich erſuche dich alſo, vor Allem nachzuſehen, wer meine Miethleute ſind und wie hoch ſie in der Miethe ſtehen: ſodann, daß es nicht zu ſolchen fehle, die auf den Tag zahlen, und wie viel Reiſegeld und Reiſegeräth nöthig ſeyn wird. Gewiß iſt, daß mein Sohn zu Athen keine Pferde braucht. Zum Bedarf der Reiſe aber haben wir zu Hauſe (wie du auch bemerkſt) mehr Thiere im Stalle als nöthig war.

33.

An Ebendenſelben.

XII. 33. Attic. 708.

Wofern Silius uns nur aufzieht, wie du glaubſt, und auch Druſus auf zu harten Bedingungen beſteht, ſo wollte ich, du machteſt dich (wie ich dir ſchon geſtern ſchrieb) an Damaſippus. Wenn ich nicht irre, hat er ſein Gut am Tiber in eine Anzahl Stücke von, ich weiß nicht wie vielen, Jaucharten zerſchlagen, die er nur einzeln um einen mir ebenfalls unbekannten Preis verkaufen will. Schreibe mir, was du mit ihm geſprochen haſt.

*) Jünglinge aus drey der edelſten Häuſer in Rom: der erſte ein Calpurnius, der zweyte ein Manlius, der dritte ein Valerius. Wie konnte der Sohn eines *novi hominis* mehr verlangen, als es ſolchen Altadelichen an Aufwande gleich thun zu können?

menter me sollicitat Atticae nostrae valitudo: ut verear etiam, ne qua culpa sit. Sed et paedagogi probitas, et medici adsiduitas, et tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat. Cura igitur. Plura enim non possum.

EPISTOLA XXXIV. (ad Att. XII. 34. 35. a.)

Scr. Asturae mense Aprili A. U. C. 708.

Scribit se in Sicae suburbanum venturum.

CICERO ATTICO S.

Ego hic vel sine Sica (Tironi enim melius est) facillime possem esse, ut in malis. Sed, quum scribas videndum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam, te certum diem illius profectionis non habere: putavi esse commodius, me istuc venire; quod idem video tibi placere. Cras igitur in Sicae suburbano: inde, quemadmodum suades, puto me in Ficulensi fore. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus. Tuam qui-

ne opprimar] a Publilia matre cujus congressum vitare volebat.

Der Gesundheitszustand unsrer Attica fängt an mich so sehr zu beunruhigen, daß ich beynahe glauben muß, die Schuld liege an den Leuten, denen ihre Pflege obliegt. Und doch läßt die Rechtschaffenheit des Menschen, dem du die Aufsicht über sie anvertraut hast, die unermüdliche Sorgfalt des Arztes, und der Geist der Ordnung, der überall in deinem ganzen Hause herrscht, keinen solche Gedanken in mir aufkommen. Trage also große Sorge; das ist Alles, was ich dir hierüber sagen kann.

34.

An Ebendenselben.

XII. 34. Attic. 708.

Weil Tiro sich wieder besser befindet, so könnte ich mich hier, *) auch ohne Sica, für das, was ich in meinem Zustande verlangen kann, ganz leicht behelfen. Wenn ich nicht, (wie du schreibst) mich in Acht nehmen müßte, nicht überfallen zu werden, **) und ich daraus schließe, du könnest mir keinen gewissen Tag nennen: so denke ich, das sicherste sey, ich mache mich auf den Weg nach Rom, was, wie ich sehe, auch deinen Beyfall hat. Morgen also werde ich im Gartenhause des Sica seyn, und von da denk' ich mich, wie du mir räthst, auf meine Meyerey bey Ficulea *) zu begeben.

Die Dinge, worüber du mir geschrieben hast, wollen wir nun, weil ich selbst komme, mündlich abhandeln. Die Freundschaft, der Fleiß, die Klugheit, wo-

*) Zu Astura.

**) Von seiner jungen Frau und Schwiegermutter.

***) Einem kleinen Ort im Sabiner-Lande, wo ihn die beschwerliche Publilia am wenigsten gesucht hätte.

dem et in agendis nostris rebus, et in consiliis ineundis, mihique dandis, in ipsis literis, quas mittis, benivolentiam, diligentiam, prudentiam mirifico dilige.

*) Tu tamen, si quid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad Sicam venturus ero, certiorem me velim facias, et maxime cujus loci detractionem fieri velit. Quod enim scribis, extremi: vide, ne is ipse locus sit, cujus causa de tota re, ut scis, est a nobis cogitatum. Hirtii epistolam tibi misi, et recentem, et benivole scriptam.

EPISTOLA XXXV. (ad Att. XII. 35. b.)

Scr. in Antiati mense Aprili A. U. C. 708.

De fano Tulliae exstruendo.

CICERO ATTICO S.

Antequam a te proxime discessi, numquam mihi venit in mentem, quo plus insumtum in monimentum esset, quam nescio quid, quod lege conceditur, tantumdem populo dandum esse: quod non magno opere moveret, nisi, nescio quomodo, ἀλόγως fortasse, nollem illud ullo nomine, nisi fani, adpellari. Quod si volumus, vereor, ne adsequi non pos-

*] Hic vulgo initium ep. 35. quae cum priore conjunctissima est.

quo plus] Legendum videtur: quum plus.

quod lego conceditur] Gaesar ver lege sumtuaria, vel alia singulari definiverat sumtum in sepulcrorum monimenta arogandum. Quem qui excessisset, tantumdem quantum sumtus factus summam in lege definitum superabat, populo dare jubebatur.

von du mir in Berathung und Führung meiner Geschäfte, so wie in allen deinen Briefen, unaufhörliche Beweise gibst, haben einen Werth für mich, der über Alles geht.

*) Wenn du allenfalls noch etwas mit Silius zu Stande bringen könntest, so bitte ich dich, es mir noch an dem Tage meiner Ankunft bey Sica zu wissen zu machen: besonders welchen Theil seines Gartens er für sich behalten will: denn, da du schreibst, es sey das äußerste Ende, so könnt' es gerade der Theil seyn, um dessentwillen ich, wie du weißt, mich in den ganzen Handel eingelassen habe. **)

Ich schicke dir hier den sehr freundschaftlichen Brief, den ich ganz neuerlich von Hirtius erhalten habe.

35.

An Ebendenselben.

XII. 35. b. Attic. 708.

Vor unserer letzten Trennung kam es mir nie in den Sinn, daß ein Gesetz vorhanden ist, vermöge dessen man eben so viel, als die Summe beträgt, die man auf ein Denkmahl, über die im Gesetz erlaubte, verwendet hat, an das Volk abzugeben schuldig ist: was mich wenig kümmern würde, wenn ich mir nicht, vielleicht etwas grillenhaft, in den Kopf gesetzt hätte, daß das, was ich bauen will, schlechterdings ein Tempel heißen soll. Und wenn ich das will, so fürchte ich nun, es werde nur an einem andern [wenig in die Augen fallenden] Orte zu bewerkstelligen seyn. Sey so gut und nimm diesen Umstand in Überlegung. Denn wiewohl ich wieder etwas

*) Hier fängt in den gewöhnlichen Ausgaben der 35te Br. XII. an; obwohl er mit dem vorigen Theile zusammenhängt.

**) Nähmlich, der unmittelbar auf die Landstraße stoßende.

simus, nisi mutato loco. Hoc quale sit, quaeso, considera. Nam etsi minus urgeor, meque ipse propemodum collegi : tamen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

EPISTOLA XXXVI. (ad Att. XII. 36.)

Scr. in Antiati mense Aprili A. U. C. 708.

Cur in monimento Tulliae sepulcri similitudinem effugere velit ostendit. Brutum objurgari vult, quod in Cumano esse noluerit. Cluatium architectum exacui vult.

CICERO ATTICO S.

Fanum fieri volo; neque hoc mihi erui potest; sepulcri similitudinem effugere, non tam propter poenam legis studeo, quam ut maxime adsequar ὑποθέωσιν. Quod poteram, si in ipsa villa facerem: sed, ut saepe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. In agro ubicumque fecero, mihi videor adsequi posse, ut posteritas habeat religionem. Hae meae tibi ineptiae (fateor enim) ferendae sunt. Non habeo, ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem, quam te. Si tibi res, si locus, si institutum placet, lege, quaeso, legem, mihique eam

ruhiger bin nnd mich beynahe gänzlich gefaßt habe, so kann ich doch deinen Rath nicht entbehren. Ich bitte dich also, was ich bitten kann, und mehr als du von mir gebethen seyn willst, oder zu werden leiden magst, diesen Gedanken recht tief in dein Herz zu schließen.

36.

An Atticus.

XII. 36. Attic. 708.

Ein Tempel muß es werden, das laß ich mir nicht aus dem Kopfe bringen! Die Ähnlichkeit mit einem Grabmahle will ich nicht sowohl vermieden wissen, um der Strafe des Gesetzes zu entgehen, als um meine Absicht, eine eigentliche Apotheose, zu erreichen; was ich könnte, wenn ich den Tempel in einem meiner Landsitze *) baute. Das will ich aber nicht, wie ich schon oft gesagt habe, weil ich das Wechseln der Grundherren fürchte: da ich hingegen hoffen kann, überall, wo ich ihn auch auf freyem Felde errichte, werd' er der Nachwelt heilig bleiben. Diese Kindereyen (um ihnen ihren rechten Nahmen zu geben) mußt du mir nun schon zu gut halten. Ich habe Niemand, mich selbst nicht einmahl ausgenommen, dem ich mich so zuversichtlich zeigen dürfte, wie dir. Wenn du die Sache selbst billigst, und Ort und Einrichtung deinen Beyfall haben, so lies das Gesetz und schick' es mir. Finden

*) Cicero schreibt: in *ipsa* villa, womit er vermuthlich keine andere als sein Tusculanum meint, wo Tullia gestorben war: er spricht es aber nicht aus, ebenderselben Euphemie wegen, um derentwillen er in allen diesen Briefen jedem Worte ausweicht, das ihn unmittelbar daran erinnern würde, daß seine Tullia gestorben sey. Diese Saite durfte gar nicht berührt werden.

mitte. Si quid in mentem veniet, quo modo eam effugere possimus, utemur.

Ad Brutum si quid scribes, nisi alienum putabis, objurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixit. Cogitanti enim mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice.

Et si tibi placebit sic agere de fano, ut coepimus, velim cohortere et exacuas Cluatium: nam, etiamsi alio loco placebit, illius nobis opera consilioque utendum puto. Tu ad villam fortasse cras.

EPISTOLA XXXVII. (ad Att. XII. 37.)

Scr. in Antiati mense Majo A. U. C. 708.

De acceptis Attici et Bruti literis, de loco ad fanum Tulliae exstruendum deligendo, de Terentiae negotio, de Hirtii literis, de Caninii naufragio.

CICERO ATTICOS.

A te heri duas epistolas accepi, alteram pridie datam Hilario, alteram eodem die tabellario; accepique ab Aegypta liberto eodem die, Piliam et Atticam plane belle se habere.

Quod mihi Bruti literas, gratum. Ad me quoque misit. Hae literae mihi redditae sunt tertio decimo die. Eam ipsam ad te epistolam misi, et ad eam exemplum mearum literarum.

wir einen Ausweg, ihm zu entwiſchen, ſo ſchlagen wir ihn ein.

Wenn du an Brutus ſchreibſt ſo ſchilt ihn, ſofern du es ſchicklich findeſt, tüchtig aus, daß er, um der Urſache willen, die er dir vorgeſchützt hat, nicht in ſein Cumanum kommen wollte. *) Bey mehreren Nachdenken finde ich dieſes Benehmen äußerſt ungezogen.

Wenn du noch der Meinung biſt, daß der Tempel ſeinen Fortgang haben ſoll, ſo treibe und ſporne den [Baumeiſter] Cluatius, was du kannſt. Denn, wenn wir auch einen andern Ort wählen, ſo werden wir doch ſeines Rathes und Beyſtandes immer benöthigt ſeyn.

Morgen biſt du vielleicht in deinem Landhauſe anzutreffen?

37.

An Atticus.

XII. 37. Attic. 708.

Geſtern habe ich zwey Briefe von dir erhalten, einen, den du Tags zuvor meinem Hilarius mitgegeben, den andern durch einen deiner Briefbothen. Am nähmlichen Tag erhielt ich noch einen von Ägypta, meinem Freygelaſſenen, daß Pilia und Attica ſich vollkommen wohl befänden: aber dieſer letzte kam erſt dreyzehn Tage, nachdem er geſchrieben war, in meine Hände. Ich danke dir für die Mittheilnng des Briefs von Brutus. Er hat auch mir geſchrieben: ich ſchicke dir hier das Original, und eine Abſchrift meiner Antwort.

*) Wo Cicero (wie wir wiſſen) ebenfalls einen ſchönen Landſitz hatte.

De fano, si nihil mihi hortorum invenis, (qui quidem tibi inveniendi sunt, si me tanti facis, quanti certe facis,) valde probo rationem tuam de Tusculano. Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen, nisi magnae curae tibi esset, ut ego consequerer id, quod magno opere vellem, numquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. Sed nescio quo pacto celebritatem requiro. Itaque hortos mihi conficias necesse est. Maxima est in Scapulae celebritas; propinquitas praeterea, ubi sis, ne totum diem in villam. Quare, antequam discedis, Othonem, si Romae est, convenias pervelim. Si nihil erit, etsi tu meam stultitiam consuesti ferre, eo tamen progrediar, uti stomachere. Drusus enim certe vendere vult. S ergo aliud non erit, mea erit culpa, nisi emero; qua in re

si ergo aliud non erit, mea erit culpa] Vulgo si ergo aliud erit, non mea erit culpa. Nobis autem videtur particula non excidisse suo loco, quam si post aliud reposueris, omnia erunt plana. Si nihil aliud fano ponendo invenire possumus, quam hortos Drusianos, si eos cessatione mea patiamur nobis elabi, ut alius eos emat, mea erit culpa.

Was den Tempel betrifft, wofern du mir nicht irgend einen Garten dazu ausfindig machſt (und das wirſt du, wenn du ſo viel auf mich hältſt, als du gewiß thuſt) ſo laß ich mir deinen Vorſchlag, ihn im Tuſculanum aufzuführen, ſehr wohl gefallen. Wie reich du auch an klugen Gedanken biſt, würdeſt du doch, wenn es dir nicht ſehr Ernſt wäre mich eines ſo ſehnlichen Wunſches gewährt zu ſehen, ſchwerlich je auf dieſen Gedanken gekommen zu ſeyn, und ihn ſo einleuchtend vorgetragen haben. Aber ich weiß nicht, wie ſich die Bedingung eines vielbeſuchten Ortes ſo feſt in meinem Kopf geſetzt hat. Es bleibt alſo immer nöthig, daß du mir einen Garten [in der Nähe von Rom] verſchaffeſt. Der des Scapula *) iſt ohne Zweifel für meine Abſicht der gelegenſte von allen; zumahl da er ſo nahe bey der Stadt iſt, daß man, um ſich einige Stunden da zu erhohlen, nicht immer einen ganzen Tag aufzuopfern braucht.

Ich wünſche alſo gar ſehr, daß du, noch vor deinem Abgange, mit Otho **) aus der Sache ſprechen möchteſt. Wird aus dieſem Handel nichts, nun ſo — treib' ich's ſo weit, daß dir, wie gewohnt du biſt Geduld mit meiner Narrheit zu tragen, die Galle doch zuletzt überlaufen wird — kurz, ich weiß gewiß, daß Druſus den ſeinigen verkaufen will. Wenn es alſo mit jenem nichts wäre, ſoll die Schuld nicht an mir liegen, wenn ich dieſen nicht bekomme. ***) Sorge alſo dafür, daß ich keinen dummen Streich mache. Dieß

*) Eines vor kurzem verſtorbenen Geldverleihers zu Rom.

**) Einer der Erben des Scapula, vermuthlich eben der L. Roscius Otho, der im Jahr 686 Tribunus Plebis und Urheber der bekannten Lex Roscia war.

***) D. h. wie viel auch Druſus für ſein Suburbanum fordern mag, ſo kauf' ich's doch. Atticus hatte nähmlich dagegen eingewendt, daß es viel zu theuer ſey.

ne labar, quaeso, provide. Providendi autem una ratio est, si quid de Scapulanis possumus.

Et velim me certiorem facias, quam diu in suburbano sis futurus.

Apud Terentiam gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate. Sed facies, ut videbitur. Scio enim, si quid mea intersit, tibi majore curae solere esse, quam mihi.

Hirtius ad me scripsit, Sex. Pompejum Corduba exisse, et fugisse in Hispaniam citeriorem: Cnaeum fugisse, nescio quo; neque enim curo. Nihil praeterea novi. Literas Narbone dedit XIV Kal. Mai.

Tu mihi de Caninii naufragio quasi dubia misisti. Scribas igitur, si quid erit certius.

aber zu verhüthen, ist kein ander Mittel, als wenn wir den Scapulaischen habhaft werden können.

Ich wünschte zu wissen, wie lange du dich in deinem Gartenhause *) aufzuhalten gedenkst.

Bey Terentien habe ich alles deines Credits und Einflusses vonnöthen. Ich überlasse dir aber nach deinem Gutdünken zu handeln: denn ich weiß aus alter Erfahrung, daß mein Interesse dir mehr am Herzen liegt, als mir.

Hirtius schreibt mir, Sextus Pompejus habe Corduba verlassen, **) und sich in das diesseitige Spanien zurückgezogen: Cnäus sey geflohen, ich weiß nicht wohin; auch kümmert's mich nichts. Dieß ist alles Neue, was ich weiß. Der Brief des Hirtius ist aus Narbonne am 18ten Aprill datirt. ***)

Du sprichst mir vom Schiffbruch des Caninius ****) als einer ungewissen Sache: schreibe mir's also, wenn du etwas Gewisseres erfährst.

*) In suburbano. Alle diese so genannten Gärten (*horti*) eine, zwey, bis drey Stunden um Rom herum, hießen mit einem allgemeinen Nahmen *Suburbana*, weil sie im Grunde kleinere oder größere, mit mehr oder weniger Gebäuden, Wiesen, Feldern und Gehölz versehene Landgüter waren, die wegen ihrer Nähe bey der Stadt, von den mehr oder weniger Begüterten, theils des Ertrags wegen, theils als angenehme Sommerwohnungen sehr geliebt und gesucht wurden.

**) Damahls eine der vielen ansehnlichen Städte des heutigen Andalusiens und Grenada's, welche nach dem Flusse Bätis (Quadalquivir) Bätica hießen und den größten Theil des jenseitigen oder südlichen Spaniens ausmachten.

***) Hieraus läßt sich abnehmen, daß die Briefe C., die wir jetzt lesen, innerhalb der ersten Hälfte des Mays geschrieben wurden.

****) Titus Caninius Rebilus, einer von Cäsar's Legaten in Spanien.

Quod me a moestitia avocas, multum levaris, si locum fano dederis. Multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem veniunt. Sed loco valde opus est. Quare etiam Othonem vide.

EPISTOLA XXXVIII. (ad Att. XII. 38.)

Scr. in Antiati mense Majo A. U. C. 708.

De literis Attici frustra exspectatis, de Q. fratris filii in patruum malitia, se minus debilitatum animo esse, quam quidam putent, de hortis emendis.

CICERO ATTICO S.

Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum. Sed homo nequam, qui tuum commodum non exspectarit, quum ob eam unam causam missus esset. Nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor esse in suburbano. At ego hic scribendo dies totos nihil equidem levor, sed tamen aberro.

Asinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro cognato. Quod Balbus minor nuper satis plane, Dolabella obscure, hic apertissime. Ferrem graviter, si novae aegrimoniae locus esset. Sed tamen ecquid impurius? o hominem cavendum! quamquam mihi quidem. . . . Sed tenendus dolor est. Tu, quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid, si vacabis.

Gegen die Traurigkeit, von der du mich geheilt wiſſen möchteſt, gibt es kein beſſeres Mittel, als wenn du mir einen Ort zu meinem Tempel ſchaffſt. Es fallen mir eine Menge Dinge zum Behuf der Apotheoſe ein: aber das Nothwendigſte iſt der Ort. Siehe alſo, daß du mit Otho zuſammen kommſt.

38.

An Ebendenſelben.

XII. 38. Attic. 708.

Du mußt ohne Zweifel außerordentlich beſchäftigt geweſen ſeyn, daß du mir keine Zeile geſchrieben haſt. Aber mein Kerl iſt ein Schuft, daß er nicht auf deine Gelegenheit wartete, da ich ihn doch bloß deßwegen abgeſchickt hatte. Jetzt vermuthe ich, wenn dich nichts aufgehalten hat, wirſt du in deinem Suburbanum ſeyn.

Ich bringe hier ganze Tage mit ſchreiben zu, ohne daß mir leichter um's Herz wird; doch gewinne ich ſo viel damit, daß ich mich ein wenig zerſtreue. Was mir der jüngere Balbus von unſerm unartigen Verwandten *) deutlich genug, Dolabella etwas verblümt, und Aſinius Pollio ohne alle Zurückhaltung geſchrieben haben, würde mir ſehr ſchmerzlich gefallen ſeyn, wenn ich noch Gefühl für eine neue Kränkung hätte. Aber läßt ſich wohl etwas Schlechteres denken? Kann man ſich vor einem ſolchen Menſchen genug in Acht nehmen? wiewohl ich — **) doch ich muß meinen Schmerz verbeißen!

*) Dem jungen Quintus Cicero.

**) Vielleicht wollte er ſagen: ſeinen bösartigen Charakter ſchon lange hätte kennen und auf meiner Huth gegen ihn ſeyn ſollen — oder etwas dergleichen.

Quod putas oportere pervideri jam animi mei firmitatem, graviusque quosdam scribis de me loqui quam aut te scribere, aut Brutum: si, qui me fractum esse animo et debilitatum putant, sciant quid literarum, et cujus generis conficiam; credo, si módo homines sint, existiment me, sive ita levatus sim, ut animum vacuum ad res difficiles scribendas adferam, reprehendendum non esse; sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberalissima, doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere.

Sed, quum ego faciam omnia, quae facere possim ad me adjuvandum; tu efficè id, quod video te non minus, quam me, laborare. Hoc mihi debere videor, neque levari posse, nisi solvero, aut videro me posse solvere, id est, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapulae, si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, liceri cogitant; nihil est scilicet emtori loci. Sin venibunt; quid fieri possit, videbimus. Nam ille locus Publicianus, qui est Trebonii et Cusinii, erat ad me allatus. Sed scis aream esse. Nullo pacto probo. Clodiae sane placent; sed non puto esse venales. De

Daß du meinſt, es ſey endlich Zeit, der Welt die Stärke meines Gemüths zu zeigen, und einige redeten nachtheiliger von mir, als du oder Brutus wiederhohlen möchte, darauf antwortete ich: Wenn diejenigen, die mich ſo gebrochen und niedergeſchlagen wähnen, wüßten, wie viele literariſche Werke, und von welcher Art, ich ausarbeite: ſo denke ich, Falls ſie anders Menſchen ſind, müßten ſie überzeugt werden, wofern ich ſo wohl gefaßt ſey, um Arbeiten, wozu ein ganz unbefangener Kopf erfordert wird, zu Stande zu bringen, ſo verdiene ich keinen Vorwurf: oder, wenn ich mir diejenige Ableitung meiner Traurigkeit erwählt, die eines gebildeten und gelehrten Mannes die würdigſte iſt, ſo ſey ich ſogar lobenswerth. Aber während ich alles Mögliche thue, mir Erleichterung zu ſchaffen, ſuche auch du zu Stande zu bringen, was dir (wie ich ſehe) nicht weniger als mir zu ſchaffen macht. Ich betrachte es als eine Schuld, die ich mir ſelbſt abzutragen habe; und mir iſt, als könne ich nicht ruhig werden, bis ich ſie bezahlt habe, oder doch ſehe, daß ich ſie bezahlen könne, d. i. bis ich einen Ort, wie ich ihn verlange, gefunden haben werde.

Wenn die Erben des Scapula, wie du von Otho gehört zu haben ſagſt, dieſen Garten *) in vier Theile theilen, und dann demjenigen unter ihnen, der für die drey übrigen das höchſte Geboth thut, alle vier überlaſſen wollen: da hat ein fremder Käufer freylich hier nichts zu thun: ſollt' er aber feil werden, ſo wird ſich zeigen, was geſchehen kann. Der ehedem Publicianiſche Platz, der jetzt dem Trebonius und Coſſinius gehört, iſt mir zwar angetragen worden: er iſt eine bloße kahle Fläche, wie du weißt, und ſteht mir unter keiner Bedindung an. Der Garten der Clodia gefiele mir gut genug, aber ich glaube nicht, daß er zu kaufen iſt. Ich werde alſo zuletzt doch meine Zuflucht

*) Es war eigentlich ein beträchtliches Suburbanum.

Drusi hortis, quamvis ab iis abhorreas, ut scribis, tamen eo confugiam, nisi quid inveneris. Aedificatio me non movet. Nihil enim aliud aedificabo, nisi id, quod etiam si illos non habuero

Κῦρος, δ', έ, mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis, quam eruditi.

EPISTOLA XXXIX. (ad Att. XII. 39.)

Scr. Asturae mense Majo A. U. C. 708.

Remittit Attico literas, nisi quid necesse fuerit scribere.

CICERO ATTICO S.

Tabellarius ad me quum sine literis tuis venisset, existimavi tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad quae rescripsi hac epistola. Exspectaram tamen aliquid de literis Asinii Pollionis. Sed nimium ex meo otio tuum specto. Quamquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribere, nisi eris valde otiosus. De tabellariis facerem quod suades, si essent ullae necessariae literae, ut erant olim, quum brevioribus diebus, tamen quotidie respondebant tempori

zum Druſiſchen, wiewohl du einen ſo großen Widerwillen gegen ihn haſt, nehmen müſſen, wenn du nichts Beſſeres findeſt. Daß das Haus nicht ausgebaut [oder, nicht beſſer gebaut iſt] kümmert mich nichts: denn ich verlange nichts anders darin zu bauen, als was ich auch bauen will, wenn ich jenen nicht bekomme.

Der Cyrus im 4ten und 5ten Theile der Dialogen *) des [Sokratikers] Antiſthenes hat mir gefallen, wie alles Übrige von dieſem mehr ſcharfſinnigen als gelehrten Philoſophen.

39.

An Ebendenſelben.

XII. 39. Attic. 708.

Daraus, daß dein Bothe ohne einen Brief von dir anlangte, ſchloß ich, deine Urſache, nicht zu ſchreiben, ſey geweſen, weil dein geſtriger das Alles ſchon enthält, worauf ich dir im gegenwärtigen antworte. Gleichwohl erwartete ich etwas über den Brief von Aſinius Pollio. **) Aber ich ſchätze deine Muße zu ſehr nach der meinigen. Ob ich alſo ſchon deinem Bothen einen Brief mitgebe, ſo denke ja nicht, daß du mir, Falls nichts Dringendes vorfiele, wieder ſchreiben müſſeſt, es wäre denn, du hätteſt ſonſt gar nichts zu thun. Deinem Rathe, daß ich dir immer durch eigene Eilbothen ſchreiben ſollte, würde ich folgen, wenn wir uns ſo nothwendige Briefe zu ſchreiben hätten, wie noch vor einiger Zeit, da unſre Briefbothen, wiewohl die Tage noch kürzer waren, dennoch täglich auf die Stunde eintrafen.

*) Die (nach Diog. Laert.) in 10 Bände getheilt waren, wovon der vierte und fünfte die Überſchrift Cyrus führte.

**) Ihren Neffen Quintus betreffend.

tabellarii; et erat aliquid, Silius, Drusus, alia quaedam. Nunc, nisi Otho exstitisset, quod scriberemus non erat. Id ipsum dilatum est: tamen allevor, quum loquor tecum absens, et multo etiam magis, quum tuas literas lego. Sed quoniam et abes, (sic enim arbitror,) et scribendi necessitas nulla est, conquiescent literae, nisi quid novi exstiterit.

EPISTOLA XL. (ad Div. V. 14.)

Scr. Romae mense Junio A. U. C. 708.

Quaerit cur Cicero tamdiu absit ab urbe. Laudat si solitudinem quaerat, ut literis vacet; improbat si se lacrymis ac tristitiae tradat.

L. LUCCEIUS, Q. F. S. D. M. T. CICERONI, M. F.

Si vales, bene est; ego valeo, sicut soleo; paullulo tamen etiam deterius, quam soleo. Te requisivi saepius, ut viderem. Romae quia postea non fuisti, quam discesseras, miratus sum; quod item nunc miror. Non habeo certum, quae te res hinc maxime retrahat. Si solitudine delectare, quum scribas, et aliquid agas eorum, quorum consuesti, gaudeo, neque reprehendo tuum consilium. Nam nihil isto potest esse jucundius, non modo miseris his temporibus et luctuosis, sed etiam tranquillis et optatis: praesertim animo vel defatigato tuo, qui nunc requietem quaerat ex magnis occupationibus, vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, ipsum laudibus illustret. Sin autem, sicut hic dum eras, lacrymis ac tristitiae te tradidisti: doleo,

Auch gab es damahls was zu ſchreiben. Da war noch die Rede von Silius, von Druſus, und einigem Andern. Jetzt, wenn nicht noch ein Otho in der Welt wäre, hätten wir uns ja gar nichts zu ſagen. Und auch das iſt auf die Seite geſchoben. Indeſſen wird mir doch leichter, wenn ich abweſend mit dir rede, und noch weit mehr; wenn ich einen Brief von dir leſe. Aber, da du (wie ich vermuthe) nicht in Rom biſt, und uns keine Noth zum Schreiben treibt, ſo mag unſer Briefwechſel ruhen bis es etwas Neues gibt.

40.

Luc. Luccejus an Cicero.

V. 14. Divers. 708.

Wenn du wohl biſt, wird es mich freuen: ich bin, wie gewöhnlich, wohl, mitunter auch etwas weniger, als ich gewohnt bin. Schon oft hab' ich großes Verlangen dich zu ſehen; und daß du ſeit deiner Entfernung nicht wieder zu Rom geweſen biſt, hat mich zeither gewundert und wundert mich noch. Was dich eigentlich von hier zurückhalte, darüber kann ich mit mir ſelbſt nicht recht einig werden. Wenn du die Einſamkeit ſuchſt, um ungeſtörter etwas auszuarbeiten und dich mit deinen Lieblings-Studien zu beſchäftigen, dann freut es mich, ſo fern iſt es, daß ich deine Maßnehmung tadeln ſollte: denn nichts kann angenehmer ſeyn als dieß; nicht nur in dieſen unſern betrübten und jammervollen Zeiten, ſondern ſelbſt in ruhigen und erwünſchten; zumahl einem Geiſte, der, wie der deinige, von großen Geſchäften müde, ſich nach Ruhe ſehnt: oder einem Gelehrten, der immer etwas aus ſeinem innern Vorrathe hervorzugeben hat, das Andern Vergnügen macht und ihm ſelbſt Ruhm und Ehre bringt. Sollteſt du aber noch immer, wie du hier gethan, dich den Thränen und der Traurigkeit Preis

Ich bitte dich ſorge dafür, daß ich mit der Plage, den Richter machen zu müſſen, verſchont werde.

Dieſen Tuditanus, den Urgroßvater des Hortenſius: hatte ich gar nicht gekannt, und glaubte, ſein Großvater ſey der Legat geweſen, was er doch nicht ſeyn konnte. Daß Spurius Mummius zu Korinth war, weiß ich gewiß: denn ſein kürzlich verſtorbener Enkel recitirte mir öfters Epiſteln in gar drolligen kleinen Verſen, die er aus Korinth an vertraute Freunde geſchrieben hatte. Ich zweifle aber nicht, daß er Legat bey ſeinem Bruder war, keiner von den Zehen. Auch hab' ich immer gehört, unſere Vorfahren ſeyen nicht gewohnt geweſen, unter zehen Legaten, die ſie einem Feldherren zuſandten, nahe Anverwandte von ihm abzuordnen, wie wir aus Unwiſſenheit, oder vielmehr aus Vernachläſſigung der löblichſten Gebräuche, dem Lucius Lucullus ſeinen Bruder Marcus, und den L. Muräna, mit mehrern andern von ſeiner Familie zugeſchickt haben. Kurz, es iſt unſtreitig das Wahrſcheinlichſte, daß er ſeines Bruders Legat war.

Wie viele Mühe gibſt du dir mit mir, da du, zu allen meinen übrigen Geſchäften, dich auch mit dieſen

*) Wie's ſcheint, war C. einer der Vormünder der beyden Knaben Cato und Lucullus.

mea expedias, et sis in tuis multo minus diligens, quam in meis.

EPISTOLA LXVII. (ad Att. XIII. 7.)

Scr. in Tusculano a. d. VI. Id Quintil. A. U. C. 708.

Quid Sextius e Caesaris literis et de Lentulo narraverit exponit, Brutum in Tusculanum venisse nuntiat.

CICERO ATTICO S.

Sextius apud me fuit, et Theopompus pridie: venisse a Caesare narrabat literas; hoc scribere, sibi certum esse, Romae manere; causamque eam adscribere, quae erat in epistola nostra, ne se absente leges suae negligerentur, sicut esset neglecta sumtuaria. Est σύγολο: idque eram suspicatus. Sed istis mos gerendus est; nisi placet hanc ipsam sententiam nos persequi.

Et Lentulum cum Metella certe fecisse divortium.

Haec omnia tu melius. Rescribes igitur quidquid voles, dum modo quid. Jam enim non reperio, quod te rescripturum putem, nisi forte de Mustela, aut si Silium videris.

Brutus heri venit in Tusculanum post horam decimam. Hodie igitur me videbit: ac vellem, quum tu adesses. Jussi equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, exspectasse ejus adventum, venturumque, si audisses, meque ut facio, continuo te certiorem esse facturum.

abgibſt, und deinen eignen Angelegenheiten weniger Aufmerkſamkeit ſchenkſt, als den meinigen!

67.

An Ebendenſelben.

XIII. 7. Attic. 708.

Sextius iſt bey mir geweſen, und Theopompus Tags zuvor. Er erzählte: es ſeyen Briefe von Cäſar angekommen, des Inhalts: er ſey entſchloßen zu Rom zu bleiben, und führe, als Urſache, die nähmliche an, die ich in meinem Briefe an ihn geltend mache: nähmlich, damit in ſeiner Abweſenheit ſeine übrigen Verordnungen nicht eben ſo ſchlecht beobachtet würden als ſein Aufwandsgeſetz. Es iſt nicht unwahrſcheinlich, und ich hatte es vermuthet. Ich werde aber ſchon thun müſſen was die guten Freunde *) haben wollen: es wäre denn, du hielteſt für beſſer, daß ich bey meiner Meinung beharre. **)

Auch daß Lentulus ſich von Metella geſchieden, ſagte Sextius für ganz gewiß.

Alles das wirſt du am beſten wiſſen. Schreibe mir alſo was du willſt, wenn es nur Etwas iſt. Ich kann nicht finden, daß du mir was zu ſchreiben hätteſt, das mich ſelbſt beträfe, es müßte denn von Muſtela ſeyn, oder daß du mit Silius geſprochen hätteſt.

Brutus traf geſtern nach 4 Uhr in ſeinem Tusculanum ein. Er wird mich alſo heute beſuchen, und ich wünſchte, daß du zugegen wäreſt. Ich ließ ihm ſagen, du hätteſt, ſo lange dir möglich geweſen, auf ſeine Ankunft gewartet, und würdeſt kommen ſobald du wiſſeſt, daß er da ſey, wovon ich dich, (wie hiermit geſchieht) unverzüglich benachrichtigen würde.

*) *Isti*, Balbus und Oppius.

**) Den Brief nicht abgehen zu laſſen.

EPISTOLA LXVIII. (ad Att. XIII. 8.)

Scr. in Tusculano a. d. IV. Id. Quintil. A. U. C. 708.

Breviter nonnulla ab Attico curanda mandat.

CICERO ATTICO S.

Plane nihil erat, quod ad te scriberem. Modo enim discesseras, et paullo post triplices remiseras.

Velim cures fasciculum ad Vestorium deferendum: et alicui des negotium, qui quaerat, Q. Faberii fundus num quis in Pompejano, Nolanove venalis sit.

Epitomen Bruti Coelianorum velim mihi mittas, et a Philoxeno Παυσιτίου περὶ προνοίας. Te idibus videbo cum tuis.

EPISTOLA LXIX. (ad Att. XIII. 9.)

Scr. in Tusculano XVI. Kal. Sextil. A. U. C. 708.

Scribit ad se venisse Trebatium, Curtium, Dolabellam, Torquatum, quaerit an nuptiae Bruti cum Porcia confectae sint, sibi Arpinum eundum esse significat.

CICERO ATTICO S.

Commodum discesseras heri, quum Trebatius venit, paullo post Curtius; hic salutandi causa: sed mansit invitatus. Trebatium nobiscum habemus. Hodie mane Dolabella. Multus sermo ad multum diem. Nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil Φιλοστοργότερον. Ventum est tandem ad Quintum. Multa ἄφατα, ἀδιήγητα: sed unum ejus modi, quod nisi

68.

An Ebendenſelben.

XIII. 8. Attic. 708.

Ich weiß dir ſchlechterdings nichts zu ſchreiben: denn du warſt kaum fort, ſo kam bald darauf ein Brief von drey Blättern von dir an.

Ich erſuche dich, beykommendes Päckchen dem Veſtorius zuſtellen zu laſſen; auch trage Jemanden auf, ſich zu erkundigen, ob Faberius in der Gegend von Pompeji oder Nola ein Landgut zu verkaufen hat.

Schicke mir den Auszug des Brutus aus den Annalen des Cölius, und vom Philorenus verlange den Panätius über die Vorſehung. Am 15ten werde ich dich mit dem Deinigen ſehen.

69.

An Ebendenſelben.

XIII. 9. Attic. 708.

Kaum warſt du geſtern fort, ſo kam Trebatius, und bald darauf auch Curtius; der letztere, bloß um mich zu grüßen, er blieb aber, da ich ihn bath. Den Trebatius behalte ich einige Tage bey mir, und dieſen Morgen früh kam auch Dolabella. Wir ſprachen viel zuſammen, und verſchwatzten einen guten Theil des Tages. Du kannſt dir nichts Offeneres, nichts Herzlicheres vorſtellen! Endlich kamen wir auch auf den jungen Quintus. *) Ich hörte eine Menge Dinge, die ſich nicht nachſagen laſſen; aber Eins von ſolcher Art, daß, wenn das ganze Heer es nicht wüßte, ich das Herz nicht hätte, ich will nicht ſagen es meinem

*) Ihren Neffen.

exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Sed hactenus. ἐπ' καίρως ad me venit, quum haberem Dolabellam, Torquatus; humanissimeque Dolabella, quibus verbis secum egissem, exposuit. Commodum enim egeram diligentissime: quae diligentia grata est visa Torquato.

A te exspecto, si quid de Bruto. Quamquam Nicias confectum putabat: sed divortium non probari. Quo etiam magis laboro idem, quod tu. Si quid est enim offensionis, haec res mederi potest.

Mihi Arpinum eundum est. Nam et opus est, constitui a nobis illa praediola; et vereor, ne exeundi potestas non sit, quum Caesar venerit: de cujus adventu eam opinionem Dolabella habet, quam tu, quum conjecturam faciebas ex literis Messalae. Quum illuc venero, intellexeroque quid negotii sit, tum, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te.

Tiro zu dictiren, sondern es selbst niederzuschreiben. Aber davon nichts weiter!

Torquatus *) hätte nicht gelegner kommen können, als da Dolabella bey mir war; denn dieser eröffnete ihm auf die verbindlichste Art, in welchen Ausdrücken ich ihm zu seinem Vortheil gesprochen hätte. Glücklicher Weise hatte ich es sehr nachdrücklich gethan, und Torquatus schien es mir nicht wenig Dank zu wissen. Melde mir's, wenn du etwas [von der neuen Heirath] des Brutus weißt. **) Nicias sagte, Alles sey schon richtig, aber die Scheidung werde nicht gebilligt. Um so mehr wünsche ich, mit dir, daß diese Heirath zu Stande komme. Denn wenn etwas Anstößiges in der Scheidung ist, so wird es durch die zweyte Ehe wieder gut gemacht.

Ich muß nach meinem Arpinum; denn es ist nöthig, daß ich zu meinen dortigen kleinen Meyereyen sehe; und ich besorge, keine Zeit mehr dazu zu finden, wenn Cäsar wieder gekommen seyn wird; von dessen Ankunft Dolabella dieselbe Meinung hat, die du aus dem Briefe des Messalla gefolgert hast.

Wenn ich erst im Arpinum bin und gesehen habe, wie die Sachen stehen, werde ich dir nahe zu schreiben können, bis wann ich wieder zurück komme.

*) Aulus Torquatus, ein gewesener Pompejaner.

**) Er hatte sich von Claudia, des Appius Pulcher Tochter, geschieden, um Porcia, Cato's Tochter zu heirathen. Cato war der Großoheim des Brutus, aber Plutarch ist falsch berichtet, wie wir sehen, da er glaubt, dieser habe Porcien schon bey Lebzeiten ihres Vaters geheirathet.

EPISTOLA LXX. (ad Div. IV. 12.)

Scr. Athenis pr. Kal. Jun. A. U. C. 708.

M. Marcelli caedem narrat.

SER. SULPICIUS M. CICERONI S. D.

Etsi scio, non jucundissimum nuntium me vobis allaturum: tamen quoniam casus et natura in nobis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, ut vos certiores facerem.

Ante diem X. Kalendas Junias, quum ab Epidauro Piraeeum navi advectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, conveni, eumque diem ibi consumsi, ut cum eo essem. Postero die, quum ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamque jurisdictionem absolverem, ille, ut ajebat, ὑπὲρ Μαλέας, in Italiam versus navigaturus erat. Postridie ejus diei, quum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter horam decimam noctis, Sp. Postumius, familiaris ejus, ad me venit, et mihi nuntiavit, Marcellum, collegam nostrum, post coenae tempus, a. P. Magio Chilone, familiare ejus, pugione percussum esse, et duo vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite, secundum aurem, sperare tamen se eum vivere posse. Magium se ipsum interfecisse; postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nuntiaret, uti cogerem medicos. Coëgi, et e vestigio eo sum profectus prima luce. Quum non longe a Piraeeo abessem, puer Acidini obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat, paullo ante lucem Marcellum

70.

Serv. Sulpicius an Cicero.

IV. 12. Div. 708.

Wiewohl ich weiß, daß ich Euch keine angenehme Nachricht zu geben habe, so kann ich doch nicht umhin, da Zufall und Natur nun einmahl unsere Herren sind, Euch von dem Vorgefallenen, wie es damit auch zugegangen seyn mag, zuverlässige Kunde mitzutheilen.

Als ich am 22sten May von Epidaurus *) zu Schiff im Piräeus angekommen war, besuchte ich daselbst unsern Collegen Marcellus und brachte den ganzen Tag mit ihm zu. Am folgenden Tage, da ich mich wieder von ihm trennte, in der Absicht von Athen nach Böotien zu gehen, um die Bereisung meiner Provinz zu vollenden, war er, wie er mir sagte, gesonnen, über Malea nach Italien zurückzufahren. Am nächstfolgenden Tage auf den, an welchem ich von Athen abzureisen gedachte: kommt sein vertrauter Freund Spurius Postumius zu mir, und zeigt mir an, daß unser College Marcellus von P. Magius Chilo, mit dem er seit geraumer Zeit auf den Fuß eines vertrauten Hausfreundes gelebt hatte, unmittelbar nach der Abendmahlzeit mit einen Dolch überfallen worden sey, und zwey Wunden, eine in die Brust, die andere im Kopfe neben dem Ohre, bekommen habe: er hoffe jedoch, daß keine von beyden tödtlich sey. Magius habe sich sogleich nach vollbrachter That selbst umgebracht, und Marcellus sendet ihn an mich ab, um mich von diesem Vorfall zu benachrichtigen, und zu bitten, ihm Ärzte zu Hülfe zu schicken. Ich schickte ihm alle, die ich zusammen treiben konnte, und machte mich mit Anbruch des Tags selbst auf den Weg: wie ich aber nicht mehr weit von Piräeus war: kam mir ein Läufer vom Acidinus ent-

*) Eine Stadt im Peloponesus, die durch einen Tempel des Äsculapius berühmt war.

diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine taeterrimo acerbissima morte est adfectus; et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui mortem adferret. Ego tamen ad tabernaculum ejus perrexi. Inveni duos libertos, et pauculos servos. Reliquos ajebant profugisse, metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. Coactus sum, in eadem lectica, qua ipse delatus eram, meis lecticariis in urbem eum referre; ibique pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent; neque tamen id antea cuiquam concesserant; quod proximum fuit, ut in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiae locum delegimus, ibique eum combussimus, posteaque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monimentum ei faciendum locarent. Ita, quae nostra officia

gegen, mit einem Billet, daß Marcellus vor Tagsanbruch verschieden sey. Eines so jammervollen Todes mußte also einer der ersten Männer der Republik durch die Hand des abscheulichsten Menschen sterben, und so mußte sich ein Freund finden, dem Manne den Tod zu geben, den seine Feinde aus Achtung vor seinem großen Charakter verschont hatten!

Ich setzte indessen meine Reise bis zu seinem Gezelt fort. *) Ich fand bloß zwey Freygelassene, und einige wenige Sclaven: die übrigen, sagten sie, wären aus Schrecken davon gelaufen, wie sie ihren Herrn vor seinem Zelt hätten ermorden sehen. Ich sah mich genöthigt, den Leichnam in eben der Sänfte, worin ich gekommen war, durch meine Träger nach der Sadt bringen zu lassen: wo ich ein so ansehnliches Leichenfest veranstaltete, als es in einer Stadt, wie Athen, möglich zu machen war. Doch habe ich von den Athenern nicht erhalten können, daß sie ihm einen Begräbnißplatz innerhalb ihrer Stadt eingeräumt hätten: weil es ihren Religions-Gesetzen entgegen sey: auch hatten sie es noch keinem andern gestattet. Das Nächste war, daß sie mir freystellten, in welchem ihrer öffentlichen Übungsplätze außer der Stadt **) ich ihn bestatten lassen wollte. Ich habe also auf dem edelsten aller Gymnasien des Erdbodens, der Akademie, einen Platz ausgesucht, wo wir den Leichnam verbrannten, und hierauf veranstaltet, daß die besagten Athener auf diesem Platze die Errichtung eines Denkmahls an ihre Werkmeister und Künstler verdingten. Solchergestalt haben wir dann allen Pflichten, die wir un-

*) Piräeus war damahls (wie die Leser aus dem Trostbriefe des Servius sich erinnern werden) ein Steinhaufen, und wer am folgenden Morgen von Athen zur See abreisen wollte, mußte entweder die Nacht am Borte, oder zu Lande unter einem Gezelt zubringen.

**) Nächst den Tempeln waren die Gymnasien die heiligsten Plätze zu Athen.

fuerunt, pro collegio et pro propinquitate, et vivo et mortuo omnia ei praestitimus. Vale. D. pr. Kal. Jun. Athenis.

EPISTOLA LXXI. (ad Att. XIII. 10.)

Scr. in Tusculano XIV. Kal. Sext. A. U. C. 708.

De Marcelli caede, de libro Dolabellae inscribendo, de Bruti nuptiis, de itinere suo, de causa quae Magium ad caedem Marcelli impulerit.

CICERO ATTICO S.

Minime miror, te et graviter ferre de Marcello, et plura vereri periculi genera. Quis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere posset? Omnia igitur metuenda. Sed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu praesertim: me reliquum consularem. Quid? tibi Servius, quid videtur? Quamquam hoc nullam ad partem valet scilicet, mihi praesertim, qui non minus bene actum cum illis putem. Quid enim sumus? aut quid esse possumus? domine, an foris? quod nisi mihi hoc venisset in mentem scribere ista nescio quae, quo verterem me, non haberem.

Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κοινότερα quaedam et πολιτικώτερα. Faciendum certe aliquid est. Valde desiderat.

ſerm Collegen*) und Verwandten ſchuldig waren, im Leben und im Tode genug gethan. Lebe wohl. Gegeben den 31ſten May, zu Athen.

71.

An Atticus.

XIII. 10. Attic. 708.

Es wundert mich keineswegs, daß du dir das Schickſal des Marcellus ſehr zu Gemüthe ziehſt, und nach einem ſolchen Falle noch mehrere Arten von Gefahren beſorgteſt. Denn wer hätte etwas fürchten ſollen, was noch nie geſchah, und von einer Art iſt, daß Niemand ſich vorſtellen konnte, daß es je geſchehen werde? Man hat alſo wirklich Alles zu befürchten. Wenn aber Jemand ſagt, ich ſey nun noch der einzige Conſular, **) zumahl wenn du es ſagſt, ***) ſo wird er einſt die Geſchichte nicht auf ſeiner Seite haben, oder was dünkt dir denn Servius zu ſeyn? Und doch könnte auch das von keiner Seite zu nichts helfen, zumahl mir, der es für keinen Gewinn anſieht, jene, die nicht mehr ſind, überlebt zu haben. Was bin ich denn? was kann ich ſeyn? Wäre mir nicht, weiß der Himmel wie, in den Kopf gekommen mich mit dieſer Schriftſtellerey abzugeben, ich wüßte ja nicht, was ich mit mir ſelbſt anfangen wollte.

Ich bin deiner Meinung, daß ich etwas an Dolabella richten ſollte, verſteht ſich über allgemeinere, einen Welt = und Staatsmann intereſſirende Dinge. Ich muß es wirklich thun, weil er es ſo ſehr wünſcht.

*) Im Augurat.

**) Nähmlich der es mit Würde ſey.

***) Der es mit dem Geſchichtlichen ſonſt ſo genau nimmt.

Brutus si quid, curabis ut sciam: cui quidem quamprimum agendum puto, praesertim si statuit; sermunculum enim omnem aut restinxerit, aut sedarit. Sunt enim qui loquantur, etiam mecum. Sed haec ipse optime, praesertim si etiam tecum loquetur.

Mihi est in animo proficisci XI. kal. hic enim nihil habeo quod agam, ne hercule illic quidem; nec usquam: sed tamen aliquid illic.

Hodie Spintherem exspecto. Misit enim Brutus ad me; per literas purgat Caesarem de interitu Marcelli; in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. Nunc vero, quum de Magio constet, nonne furor ejus causam omnem sustinet? Plane, quid sit, non intelligo. Explanabis igitur. Quamquam nihil habeo, quod dubitem, nisi, ipsi Magio quae fuerit causa amentiae: pro quo quidem etiam sponsor Sunii factus est. Nimirum id fuit. Solvendo enim non erat. Credo eum petiisse a Marcello aliquid, et illum, ut erat, constantius respondisse.

Wenn Brutus Ernſt aus der Sache macht, ſo melde mir's. Meiner Meinung nach ſollte er nicht lange zaudern, Falls er entſchloſſen iſt. Das wird all dem Gerede entweder auf einmahl, oder doch ſehr bald, ein Ende machen. Denn es gibt Leute, die ſogar mir davon reden. Doch, er bedarf meines Rathes nicht, zumahl wenn er auch mit dir aus der Sache ſpricht.

Ich denke den 21ſten abzugehen. Hier hab ich nichts zu thun: aber wahrlich dort auch nicht, und nirgends — doch, im Arpinum Etwas wenigſtens.

Heut erwart' ich den Spinther. *) Brutus ſchickt ihn zu mir; auch rechtfertigt er Cäſarn in einem eignen Briefe — wegen der Ermordung des Marcellus: da doch, ſogar wenn Marcellus meuchelmörderiſch umgekommen wäre, kein Verdacht auf Cäſarn hätte fallen können. Nun aber da das Ende des Magius bekannt iſt, braucht es wohl mehr als die Raſerey dieſes Menſchen, um die That zu erklären? Ich geſtehe, daß ich nicht begreife, was Brutus damit meint. Du wirſt mir's alſo aus einander ſetzen: Wiewohl mir nichts an der Sache unerklärbar iſt, als wie Magius in eine ſolche Raſerey verfallen konnte. Marcellus hatte zu Sunium Bürgſchaft für ihn geleiſtet. Vielleicht gab gerade dieß die Veranlaſſung. Zahlen konnte Magius nicht. Vielleicht verlangte er etwas von Marcellus, und dieſer, wie ſeine Art war, antwortete ihm ein wenig zu entſchieden. **)

*) Den Sohn des geweſenen Proconſuls in Cilicien. Der Vater war nicht mehr.

**) Mich dünkt Cicero könnte leicht die rechte Urſache getroffen haben: wenigſtens iſt ſie nicht die unwahrſcheinlichſte.

EPISTOLA LXXII. (ad Att. XIII. 11.)

Scr. in Arpinati a. d. X. Kal. Sext. A. U. C. 708.

Rogat ut de omnibus rebus, quas scire sua intersit, scribat.

CICERO ATTICO S.

Οὐ ταυτόν εἶδος. Credebam esse facile. Totum est aliud, posteaquam sum a te dijunctior. Sed fuit faciendum, ut et constituerem mercedulas praediorum, et ne magnum onus observantiae Bruto nostro imponerem. Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tempore, quum ille me quotidie videre vellet, ego ad illum ire non possem, privabatur omni delectatione Tusculani.

Tu igitur, si Servilia venerit, si Brutus quid egerit, et, jam si constituerit, quando obviam: quidquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem, si poteris, convenies. Vides, quam maturum sit. Sed tamen, quod commodo tuo fiat.

72.

An Ebendenſelben.

XIII. 11. Attic. 708.

Von Ferne oder nah geſehen, zeigen uns
Die Dinge nicht die nähmliche Geſtalt. *)

Ich hielt es für leichter mich von dir zu trennen: nun iſt Alles anders, ſeit ich weiter von dir entfernt bin. Es mußte aber ſeyn: theils um die Pachtgelder meiner Meyereyn zu regeln, theils um unſern Brutus durch die Aufmerkſamkeit, die er mir bewies, keine gar zu große Laſt aufzulegen. In der Folge werden wir unſerer Nachbarſchaft in unſern Tuſculanen mit mehr Bequemlichkeit froh werden können. Dieß Mahl; da er mich alle Tage ſehen wollte, und ich nicht zu ihm kommen konnte, hatte er beynahe keinen Genuß von ſeinem ſchönen Landſitze.

Benachrichtige mich alſo, wann Servilia **) angelangt ſeyn wird; wann Brutus die Verbindung wirklich geſchloßen, oder auch nur beſchloſſen hat; wann er Cäſarn entgegen gehen wird, kurz: Alles was ich wiſſen muß.

Mit Piſo ſprich, wenn du es möglich machen kannſt. Du ſiehſt, daß es hohe Zeit iſt. Doch Alles mit deiner beſten Bequemlichkeit.

*) Zwey Verſe aus dem Jon des Euripides, wovon C. nur die drey erſten Worte anführt. Seltſam genug, daß Caſaubonus zuerſt gemerkt hat, daß ſie vor den Anfang dieſes Briefes, nicht an den Schluß des vorigen gehören.

**) Die Witwe des Lucullus und Schweſter des Q. Servilius Cäpio, von welchem Brutus vor mehreren Jahren an Sohns Statt angenommen worden war. Wofern ſie die Eheſtifterinn zwiſchen Brutus und Porcia war, ſo dauerte wenigſtens das gute Vernehmen zwiſchen ihr und der letztern nicht lange.

EPISTOLA LXXIII. (ad Att. XIII. 12.)

Scr. in Arpinati IX. Kal. Sextil. A. U. C. 708.

De Atticae valitudine, de oratione Ligariana, de libris ad Varronem scribendis, de Brinniana auctione, de Scapulanis hortis.

CICERO ATTICO S.

Valde me momorderunt epistolae tuae de Attica nostra: eaedem tamen sanaverunt. Quod enim te ipse consolabare eisdem literis, id mihi erat satis firmum ad leniendam aegritudinem.

Ligarianam praeclare vendidisti. Posthac quidquid scripsero, tibi praeconium deferam,

Quod ad me de Varrone scribis, scis me ante orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. Postea autem quam haec coepi φιλολογώτερα, jam Varro mihi denuntiaverat magnam sane, et gravem προσφώνησιν. Biennium praeteriit, quum ille Καλλιππίδης adsiduo cursu cubitum nullum processerit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καί λῴον, si modo potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus adscribit, αἴ κε δύνηαι. Nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν, sane mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, despondimus, idque tu eum non nolle mihi scripsisti. Ergo illam ἀκαδημικήν, in qua

73.

An Ebendenselben.

XIII, 12. Attic. 708.

Deine Nachrichten von unsrer Attica haben mir nicht wenig Sorge gemacht: und doch helfen sie auch mich wieder zu beruhigen. Denn daß du dich selbst in eben demselben Briefe so gut tröstest, ist ein hinlänglicher Grund für mich, nicht allzuängstlich zu seyn.

Meine Rede für den Ligarius hast du trefflich verkauft. Künftig, ich mag schreiben was ich will, werde ich dir das Ausruferamt übertragen.

In Betreff dessen was du mir wegen Varro's schreibst, so weißt du: daß ich ehedem nichts herauszugeben pflegte als Reden, oder sonst so etwas, wo ich ihn nicht schicklich einweben konnte. *) Als ich aber anfing mich mit diesen mehr literarischen Materien abzugeben, siehe da kündigt mir mein Varo ein in der That großes und bedeutendes Werk an, das er mir zuzueignen gedenke. Allein es vergeht ein Jahr und wieder ein Jahr, und dieser Kallipides, der keinen Augenblick still sitzen kann, ist mit unaufhörlichem Laufen nicht eine Elle weiter gekommen. 11) Ich schickte mich indessen an, sobald er mir Wort gehalten haben würde, ihm mit gleichem Maß und noch besser, wenn ich's vermöchte **) aufzuwarten: denn diese Bedingung setzt Hesiodus weislich hinzu. Nun habe ich mein Werk über den höchsten Zweck des Menschen, worauf ich selbst etwas halte, deinem Rath zu Folge, dem Brutus zugedacht, und du schreibst mir, es werde ihm nicht unangenehm seyn. ***) Wir wollen also jene Aka-

*) Z. B. die Bücher von der Republik.

**) Der 350ste Vers des Hesiodus Hauslehren, nach Voßens Übersetzung: Mit dem selbigen Maß, und reichlicher, kannst du es irgend. Sch.

***) Es ist bemerkenswerth, wie sehr Brutus seit kurzem in Cicero's Achtung steigt.

homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus. Etenim sunt Ἀντιόχεια; quae iste valde probat. Catulo et Lucullo alibi reponemus; ita tamen, si tu hoc probas: deque eo mihi rescribas velim.

De Brinniana auctione accepi a Vestorio literas. Ait, sine ulla controversia rem ad me esse collatam (Romae videlicet, aut in Tusculano me fore putaverunt) a. d. nx. kal. Dices igitur vel amico tuo, S. Vettio coheredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferant auctionem; me circiter Nonas in Tusculano fore.

Cum Pisone Erotem habes.

De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. Dies adest.

EPISTOLA LXXIV. (ad Att. XIII. 13.)

Scr. in Arpinati a d. VIII. Kal. Sext. A. U. C. 708.

De libris Academicis Varroni inscriptis, de Atticae valitudine.

CICERO ATTICO S.

Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilis-

demiſche Unterhaltung — worin ich zwar Männer vom erſten Range in der Republik, *) die aber nichts weniger als eigentliche Gelehrte waren, ein wenig ſpitzfindiger als ihnen zukommt, diſputiren laſſe — auf unſern Freund Varro übertragen; zumahl da der Lehrbegriff des Antiochus **) darin vorgetragen wird, welchem er ſelbſt zugethan iſt. Dem Catulus und Lucullus wollen wir einen andern Platz einräumen, ſofern du es zufrieden biſt. Schreibe mir deine Gedanken von der Sache.

Über die Brinniſche Auction habe ich ein Schreiben von Veſtorius erhalten. Er ſagt: meine ſämmtlichen Miterben wären einmüthig entſchloſſen, daß die Verſteigerung am 24ſten Junius unter meiner Anordnung vor ſich gehen ſollte. Sie glaubten nähmlich, ich würde dann entweder zu Rom oder im Tuſculanum ſeyn. Sage alſo deinem Freunde Vettius, meinem Miterben, oder unſerem Labeo, ſie möchten die Verſteigerung um wenige Tage verſchieben; ich würde gegen den 7ten Julius im Tuſculanum ſeyn.

Piſo muß jetzt mit Eros wieder in Rom zurück ſeyn.

An den Scapulaiſchen Garten wollen wir in ganzem Ernſt denken, die Zeit der Auction rückt herbey.

74.

An Ebendenſelben.

XIII. 13. Attic. 708.

Was du mir wegen Varro's ſchriebſt, hat einen ſolchen Eindruck auf mich gemacht, daß ich zwey unſ-

*) Wie Lucullus und Catulus.

**) Gegen den gränzenloſen Scepticismus der ſo genannten Neuen Akademie, an deren Spitze Archeſilaus und nach dieſem, Philo ſtand.

simis, abstuli, transtulique ad nostrum sodalem, et ex duobus libris contuli in quatuor. Grandiores sunt omnino, quam erant illi; sed tamen multa detracta. Tu autem mihi pervelim scribas, qui intellexeris illum velle. Illud vero utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, nisi forte Brutum; id hercle restabat; sed tamen scire pervelim. Libri quidem ita exierunt, (nisi forte me communis φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Graecos quidem simile quidquam. Tu illam jacturam feres aequo animo, quod illa, quae habes de Academicis, frustra descripta sunt. Multo tamen haec erunt splendidiora, breviora, meliora. Nunc autem ἀπορῶ, quo me vertam. Volo Dolabellae valde desideranti. Non reperio, quid; et simul αἰδέομαι Τρῶας: neque, si aliquid, potero μέμψιν effugere. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum.

Sed quid haec levia curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quae me valde angit. Sed crebro

rer ersten Männer aus meiner Akademie *) weggenommen, und sie gänzlich unserm gelehrten Freunde eingeräumt, auch aus zwey Büchern vier gemacht habe, welche um ein gutes Theil größer sind als zuvor, wiewohl Verschiedenes weggefallen ist. **) Du aber sey so gut und schreib mir, woraus du abgenommen, daß ihm ein Gefallen damit geschehe. Am begierigsten wäre ich zu wissen, was dich auf den Gedanken gebracht, daß er auf Jemand eifersüchtig sey? Doch nicht etwa auf den Brutus? Das fehlte wahrlich noch! ***) Und doch möcht' ich es gar zu gern wissen. Das Buch kommt so aus meinen Händen, (oder die Eigenliebe müßte mich eben auch betrügen wie Andere,) daß in dieser Art die Griechen selbst nichts Ähnliches aufzuweisen haben. Den Schaden, den du dadurch erleidest, daß nun so viele abgeschriebene Exemplare der ersten Ausgabe unbrauchbar sind, wirst du leicht verschmerzen. Wie es jetzt ist, ist Alles glänzender, gedrungener, besser. Nun aber bin ich verlegen, wen ich zuerst abfertigen soll. Am liebsten möcht' ich den Dolabella, der es kaum erwarten kann. Ich kann aber nichts für ihn finden und schäme mich vor den Troern. ****) Finde ich etwas, so sehe ich nicht, wie ich dem Tadel entgehen kann. Ich muß den Gedanken also entweder aufgeben, oder etwas ersinnen — doch was kümmere ich mich um solche unbedeutende Dinge!

Wie steht es, ich beschwöre dich, um meine Attica? Sie ängstigt mich nicht wenig: aber ich lese dei-

*) Aus seinen Quaestionibus Academicis.

**) Von dieser Umarbeitung der dem Varro zugeschriebenen Quaestionum Academicarum ist nur noch ein ziemliches Bruchstück, von der ersten Ausgabe aber ein ganzes (Lucullus betiteltes) Buch, übrig.

***) Nähmlich, daß er nicht zufrieden wäre. Daß C. dieß sagen will, ergibt sich aus dem unmittelbar Folgenden.

****) Dazu hätte er wohl Ursache gehabt, und vor dem Schatten Tullia's noch mehr.

regusto tuas literas; in his acquiesco. Tamen exspecto novas

EPISTOLA LXXV. (ad Att. XIII. 14.)

Scr. in Arpinati a. d. VI. Kal Sextil. A. U. C. 708.

Scribit se Brinnii libertum nolle ad se venire, petit ut Atticus de Bruto et Caesare, quae rescierit, scribat, et de libris ad Varronem mittendis consideret.

CICERO ATTICO S.

Brinnii libertus, coheres noster, scripsit ad me, velle, si mihi placeret, coheredes, se et Sabinum Albium ad me venire. Id ego plane nolo. Hereditas tanti non est. Et tamen obire auctionis diem facile poterunt, (est enim III id.) si me in Tusculano postridie Nonas mane convenerint. Quod si laxius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur. Nihil enim interest. Quare, nisi jam profecti sunt, retinebis homines.

De Bruto, si quid erit; de Caesare, si quid scies; si quid erit praeterea, scribes.

Illud etiam atque etiam consideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod scripsimus. Etsi etiam ad te aliquid pertinet. Nam scito, te ei dialogo adjunctum esse tertium. Opinor igitur considéremus: etsi nomina jam facta sunt. Sed vel induci, vel mutari possunt.

nen Brief öfter wieder, und er beruhiget mich. Doch erwarte ich einen neueren.

75.

An Atticus.

XIII. 14. Attic. 701.

Der Freygelaßne des Brinnius, mein Miterbe, schreibt mir, er wolle, wenn es mir recht wäre, daß die übrigen Miterben, er und Sabinus Albius, *) zu mir kommen. Das will ich aber keineswegs. Die Erbschaft ist nicht von solcher Wichtigkeit. Und doch hätten sie den Tag der Auction (es ist der eilfte dieses) abwarten können, wenn sie mich am folgenden im Tusculan besucht hätten. Wollen sie aber den Auctionstag noch weiter hinausschieben; so können sie es, um drey Tage, wie es ihnen gut dünkt: mir liegt nichts daran. Wenn die Leute also nicht schon fort sind, so halte sie zurück.

Schreibe mir von Brutus, wenn etwas aus der Sache wird; von Cäsar, wenn du etwas weißt; und wenn sonst was vorfällt, so schreib's. Besonders wünschte ich, daß du recht ernstlich überlegen möchtest, ob du gut findest, daß ich diese neue Schrift dem Varro zueigne. Die Sache betrifft in der That dich mit. Denn du mußt wissen, daß du die dritte Person in diesem Gespräche bist. Ich denke also, wir nehmen das Ding noch in Überlegung; wiewohl die Nahmen schon geschrieben sind. Man kann sie ja austhun und mit andern vertauschen.

*) Terrae filius.

EPISTOLA LXXVI. (ad Att. XIII. 15.)

Scr. in Arpinati a. d. VI. Kal. Sext. A. U. C. 708.

De Atticae valitudine.

CICERO ATTICO S.

Quid agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduo abs te nullas acceperam; nec mirum; nemo enim venerat, nec fortasse causa fuerat. Itaque ipse quod scriberem non habebam. Quo autem die has Valerio dabam, exspectabam aliquem meorum: qui si venisset, et a te quid attulisset, videbam non defuturum quod scriberem.

EPISTOLA LXXVII. (ad Att. XIII. 16.)

Scr. in Arpinati a. d. VII. Kal. Sextil. A. U. C. 708.

De libris Academicis ad Varronem translatis, pauca addit de aliis.

CICERO ATTICO S.

Nos, quum flumina, et solitudines sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem e villa adhuc egressi non sumus; ita magnos, et adsiduos imbres habebamus. Illam ἀκαδημικὴν σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. Primo fuit Catuli, Luculli, Hortensii. Deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, quod erat hominibus nota non illorum quidem ἀπαιδευσία, sed in iis rebus ἀτριψία, simul ac veni ad villam, eosdem illos sermones ad Cato-

quid agit] Fortasse breve hoc epistolium adpendix fuit superioris epistolae.

non illorum quidem] Sic pro vulg. non illa quidem. Sensus est: quia notum erat hominibus non illos quidem omnino illiteratos, sed tamen in philosophia Academica parum versatos esse.

76.

An Ebendenſelben.

XIII. 15. Attic. 708.

Um Gottes Willen, was macht unſre Attica? Seit drey Tagen hab' ich nichts von dir erhalten. Es iſt auch kein Wunder. Von dorther ging Niemand hierher, und du hatteſt vielleicht nichts zu ſchreiben. So habe ich denn auch nichts. An dem Tage, da ich dieß dem Valerius mitgab, erwartete ich einen von meinen Leuten; wäre der gekommen und hätte mir etwas von dir mitgebracht, ſo würde mir's an Stoff zum Schreiben nicht gemangelt haben.

77.

An Ebendenſelben.

XIII. 16. Attic. 708.

Da ich ſeit meiner Hierherkunft, *) um deſto leichter durchzukommen, mich immer in meiner kleinen einſiedleriſchen Inſel **) aufgehalten, bin ich noch mit keinem Fuß aus dem Hauſe gekommen, ſo ſtarkes und anhaltendes Regenwetter haben wir gehabt.

Ich habe mich indeß beſchäftigt, die bewußte Akademiſche Compoſition gänzlich auf Varro überzutragen. Anfangs waren Catulus, Lucullus, und Hortenſius die redenden Perſonen. Hernach, da es mich nicht recht ſchicklich dünken wollte, ſolche Rollen Männern zu geben, von denen Jedermann wußte, daß ſie in dieſem Fache zwar nicht eben unwiſſend, aber doch nicht eigentlich zu Hauſe waren, trug ich dieſelben

*) Ins Arpinum.

**) Zwiſchen dem Fibrenus und Liris.

nem Brutumque transtuli. Ecce tuae literae de Varrone. Nemini visa est aptior Ἀντιόχεια ratio. Sed tamen velim scribas ad me, primum placeatne tibi aliquid ad illum; deinde, si placebit, hocne potissimum.

Quid Servilia, jamne venit? Brutus ecquid agit, ecquando? De Caesare quid auditur? Ego ad Nonas, quemadmodum dixi. Tu cum Pisone, si quid poteris.

EPISTOLA LXXVIII. (ad Att. XIII. 17.)

Sc. in Arpinati V. Kal. Sext. A. U. C. 708.

Petit ut se certiorem faciat, de Bruti nuptiis, et de Atticae valitudine.

CICERO ATTICO S.

Quinto Kalend. exspectabam Roma aliquid; non quo imperassem. Igitur aliquid tuis. Nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, ecquid a Caesare. Sed quid ista, quae minus curo? Attica nostra quid agat, scire cupio. Etsi tuae literae (sed jam nimis veteres sunt) recte sperare jubent. Tamen exspecto recens aliquid.

ad nonas] in Tusculano ero.

Reden auf Cato und Brutus über. Siehe da kommt dein Brief, den Varro betreffend. Nun sehe ich auf einmahl, daß die Verfechtung der Lehrsätze des Antiochus sich für Niemanden besser schickt als für ihn. *) Und doch wünschte ich, du schriebest mir: erstlich, ob du überhaupt gut findest, daß ich ihm etwas zueigne; sodann, ob gerade das?

Wie ist's mit Servilia? Ist sie schon angelangt? Was thut Brutus? Wann wird die Sache richtig? Was hört man von Cäsar? Ich bleibe, wie ich sagte, bis zum 7ten. Mit Piso suche etwas richtig zu machen, wenn du kannst. **)

78.

An Atticus.

XIII. 17. Attic. 708.

Am 27sten erwarte ich etwas von Rom, wiewohl ich keinen von den Meinigen hingeschickt hatte. Also dieß Mahl bloß ein Paar Worte auf deinen vorigen Brief — die alte Leyer — was Brutus vorhat? ob er vielleicht schon Schritte gethan? was man von Cäsar's Rückkunft weiß? Doch was halt' ich mich bey diesen Fragen auf, die mir nicht so nahe am Herzen liegen? Was unsre Attica macht, verlangt mich zu wissen; wenn mir gleich dein letzter Brief gute Hoffnung gibt. Aber er ist schon gar zu abgestanden. Ich erwarte etwas Frisches.

*) Varro war in seiner Jugend sogar ein Schüler des Antiochus gewesen.

**) Diese Hesiodische Clausel ist dem C. mechanisch worden, wie wir sehen.

EPISTOLA LXXIX. (ad Att. XIII. 18.)

Scr. in Arpinati a. d. IV. Kal. Sext. A. U. C. 708.

De libris ad Varronem perfectis.

CICERO ATTICO S.

Vides, propinquitas quid habeat. Nos vero conficiamus hortos. Colloqui videbamur, in Tusculano quum essem; tanta erat crebritas literarum. Sed id quidem jam erit.

Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem; sed tamen exspecto, quid ad ea, quae scripsi ad te: primum, qui intellexeris eum desiderare a me, quum ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset; deinde, quem ζηλοτυπεῖν, nisi forte Brutum; quem si non ζηλοτυπεῖ, multo Hortensium minus, aut eos qui de re publica loquuntur. Plane hoc mihi explices velim; in primis, maneasne in sententia, ut mittam ad eum, quae scripsi, an nihil necesse putes. Sed haec coram.

EPISTOLA LXXX. (ad Att. XIII. 19.)

Scr. in Arpinati a. d. III. Kal. Sextil. A. U. C. 708.

Gratum sibi fuisse scribit, quod Atticae melius sit factum et quod Ligarianam praeclare commendaverit, postremo de Academicis ad Varronem scriptis.

CICERO ATTICO S.

Commodum discesserat Hilarus librarius IV Kal. cui dederam literas ad te, quum venit tabellarius

Hortensium minus] jam mortuum, cui Cicero inscripserat librum de philosophia.

de re publica loquantur] omnes jam mortuos, ut iis Varro invidere non possit.

79.

An Atticus.

XIII. 18. Attic. 708.

Du siehst was es auf sich hat, ob man nahe beysammen ist oder nicht. Um so mehr laß mich also einen Garten bey Rom kaufen. Wie ich mich im Tusculan aufhielt, schrieben wir uns so häufig, daß ich immer mit dir zu sprechen glaubte. Aber das wird wieder kommen.

Ich habe indessen, deiner Aufforderung zu Folge, ein wirklich fein ausgearbeitetes Werkchen für Varro fertig gemacht. Aber ich halte noch damit zurück, bis ich deine Antwort auf meine neulichen Fragen habe: erstlich, woraus du geschlossen, daß er etwas von mir verlange, da er selbst, wiewohl der Schreibseligste aller Menschen, nie daran gedacht hat, mich dazu aufzufordern? *) Sodann auf wen er, wie du glaubst, eifersüchtig sey, wenn es nicht auf Brutus ist; denn wenn es der nicht ist, so kann es Hortensius, oder einer von denen, die ich in meiner Republik reden lasse, noch weniger seyn. **) Hauptsächlich aber verlangt mich zu wissen, ob du dabey verharrest, daß ich ihm das Buch schicken soll, oder ob du glaubst, es sey unnöthig. Doch hierüber mündlich!

80.

An Atticus.

XIII. 19. Attic. 708.

Kaum war mein Scheiber am 28sten mit einem Brief an dich abgegangen, so langte dein Bothe mit ei-

*) Indem er etwas an C. gerichtet hätte.

**) Da sie alle bereits todt sind.

cum tuis literis pridie datis: in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quodque tu ἀκίνδυνα esse scribis.

Ligariąnam, ut video, praeclare auctoritas tua commendavit. Scripsit enim ad me Balbus et Oppius, mirifice se probare; ob eamque causam ad Caesarem eam se oratiunculam misisse. Hoc igitur idem tu mihi antea scripseras.

In Varrone ista causa me non moveret, ne viderer φιλένδοξος (sic enim constitueram, neminem includere in dialogos eorum qui viverent,) sed, quia scribis et desiderari a Varrone, et magni illum aestimare, eos confeci: et absolvi, nescio quam bene, sed ita adcurate, ut nihil posset supra, Academicam omnem quaestionem libris quatuor. In eis, quae erant contra ἀκαταλήψίαν praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi; ad ea ipse respondeo; tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam, et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis literis admoneor; meum κωφὸν πρόσωπον esset. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides in

nem Tags zuvor von dir geschriebenen an, worin mir das Angenehmste war, daß unsre Attica dich bittet, nicht traurig zu seyn, und daß du schreibst, sie sey außer aller Gefahr.

Meiner Rede für Ligarius ist deine Empfehlung, wie ich sehe, trefflich zu Statten gekommen. Denn Balbus und Oppius haben mir geschrieben, daß sie außerordentlich mit ihr zufrieden seyen, und das kleine Ding deßwegen an Cäsarn hätten abgehen lassen. Doch das hattest auch du mir ja schon geschrieben.

Was mich bewegen kann, dem Varro mein Buch zu widmen, ist nicht die Furcht für hoffärtig angesehen zu werden, [wenn ich es deßwegen unterließe, weil er mir diese Ehre nicht zuerst angethan] denn ich hatte mir vorgenommen, keinen Lebenden mehr in meinen Dialogen sprechen zu lassen: sondern weil du schreibst, Varro wünsche es und lege einen großen Werth darauf. So habe ich dann dieses Werk ausgearbeitet, und den ganzen Streit zwischen der alten und neuen Akademie — wie gut weiß ich nicht, aber so gründlich und sorgfältig, daß man nicht mehr verlangen kann — in vier Büchern abgehandelt. In diesen habe ich Alles, was Antiochus mit großem Scharfsinn gegen die Akatalepsie*) aufgebracht hat, dem Varro in den Mund gelegt, ich selbst antworte darauf: und du bist der dritte Mann in unserm Gespräch. Hätte ich den Cotta mit Varro disputiren lassen, wie du mir in deinem letzten Briefe vorschlägst, so würde ich selbst gar nicht bey der Sache zum Vorschein gekommen seyn. Das kann ganz artig seyn, wenn die redenden Personen aus dem Alterthum genommen sind, wie in vielen Dialogen des Heraklides, **) und auch in meinen sechs Büchern von der

*) Die Behauptung des Arcesilaus, daß nichts begreiflich sey.

**) Heraklides Ponticus, eines ehemahls berühmten Schülers des Plato und Aristoteles, von dessen Werken sich nichts erhalten hat, als die Titel beym Diogenes Laertius.

multis, et nos sex de Re publica libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati. In eis quoque eae personae sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Julius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puero me hic sermo inducitur, ut nullae esse possent partes meae. Quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτόλειον morem habent; in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni περιπατητικὰ M. Pisoni darem. ἀζηλοτύπητον id fore putaram, quod omnes illi decesserant. Haec Academica, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram. Sane in personas non cadebant. Erant enim λογικώτερα, quam ut illi de iis somniasse umquam viderentur. Itaque, ut legi tuas de Varrone, tamquam ἑρμαῖον arripui. Aptius esse nihil potuit ad id philosophiae genus, quo ille maxime mihi delectari videtur, measque partes, ut non sim consecutus, ut superior mea causa videatur. Sunt enim vehementer πιθανὰ Antiochia: quae diligenter a me expres-

Haec Academica — contuleram]; his significatur, se antea sermonem de Academicis quaestionibus cum Catulo Lucullo et Hortensio contulisse; s. se ipsum cum his viris disputantem induxisse.

Republik, ingleichen in meinen drey Bücher vom Redner, auf die ich nicht wenig halte. Auch in diesen reden lauter solche Personen, daß ich schweigen mußte: Crassus, Antonius, der alte Catulus, C. Julius, des Catulus Bruder, Cotta: Sulpicius, zu einer Zeit, da ich noch ein Knabe war und hier also keine Rolle spielen konnte. Meine neuerlich geschriebenen Dialogen sind in der Art der Aristotelischen, wo die andern Personen so gestellt werden, daß ihm selbst die Hauptrolle bleibt. Die fünf Bücher vom letzten Zweck des Menschen ordnete ich hingegen so an, daß ich die Person des Epicureers dem L. Torquatus, des Stoikers dem M. Cato des Peripatetikers dem M. Piso gab; weil ich dadurch, daß sie alle drey schon gestorben waren, der Unannehmlichkeit entgehen wollte, daß Jemand in der Rolle, die ich ihn spielen ließ, gegen einen Andern zu kurz zu kommen glauben könnte. Diese Akademischen Untersuchungen machte ich, wie du weißt, mit dem Catulus, Lucullus und Hortensius aus. Aber die Personen schickten sich nicht zu ihren Rollen. Denn es war keine Wahrscheinlichkeit, daß diese drey Männer *) sich in ihrem ganzen Leben von solchen Vernünfteleyen etwas hätten träumen lassen. Wie ich also las, was du mir von Varro schriebst, war mir's, als ob ich einen unversehenen Fund gethan hätte. Passenderes als diese Materien konnte nichts zu der Art von Philosophie seyn, an der er mir immer am meisten Belieben zu finden geschienen hatte; und das Beste dabey ist, daß ich [indem ich in unserem Streit die Partey des Philo halte] den Schein vermeide, als ob ich die bessere Sache für mich behalten hätte. Denn die Behauptungen des Antiochus [die ich nun dem Varro in den

*) Zwey der größten Staats- und Kriegsmänner und einer der größten Redner ihrer Zeit, und zwar einer Zeit, wo es Römern dieser Gattung lächerlich geschienen hätte, sich um die Spitzfündigkeiten der Griechischen Philosophen zu bekümmern.

ga, acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum; si modo is est aliquis in nobis. Sed tu, dandosne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. Mihi quaedam occurrunt: sed ea coram.

EPISTOLA LXXXI. (ad Att. XIII. 20.)

Scr. in Arpinati prid. Kal. Sextil. A. U. C. 708.

Breviter scribit de variis rebus, in primis se de fama, quod Romam venire nolit, nihil laborare.

CICERO ATTICO S.

A Caesare literas accepi consolatorias, datas prid. Kal. Mai. Hispali. De urbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi: id sane scire velim. Torquato nostra officia grata esse, facile patior: eaque augere non desinam. In Ligarianam de uxore Tuberonis et privigna, neque possum jam addere, (est enim res pervulgata,) neque Tuberonem volo offendere. Mirifice est enim φιλαίτιος. Theatrum quidem sane bellum habuisti. Ego, etsi hoc loco facillime sustentor, tamen te videre cupio. Itaque, ut con-

Mund lege] sind äußerst einleuchtend, und verbinden, da ich diese Rolle besonders sorgfältig ausgearbeitet habe, den Scharfsinn des Antiochus mit meiner Klarheit des Vortrags, wenn ich mir anders hierin einen Vorzug zutrauen darf. Du aber wirst noch von allen Seiten überlegen, ob ich sie wirklich dem Varro geben soll. Mir fällt allerley *) ein. Aber davon mündlich!

81.

An Atticus.

XIII. 20. Attic. 708.

Ich habe ein Beyleidsschreiben von Cäsarn erhalten, das am letzten Aprill aus Hispalis **) datirt ist. Was wegen Vergrößerung der Stadt bekannt gemacht worden, versteh' ich nicht, und möchte wohl wissen, wie es eigentlich damit ist. Daß Torquatus meine kleinen Dienste ***) freundlich aufnimmt, hör' ich gern, und werde damit fortzufahren nicht ermangeln. In meine Rede für den Ligarius kann ich jetzt in Betreff der Gemahlinn und Stiefmutter des Tubero ****) nichts mehr einrücken, da sie schon in Jedermanns Händen ist; auch verlange ich den Tubero eben nicht zu vertheidigen. Es ist gar zu schwer ihm etwas recht zu machen.

Sed, quaeso, epistola mea ad Varronem valdene tibi placuit? male mi sit, si umquam quidquam tale enitar. Ergo ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

EPISTOLA LXXXIX. (ad Div. XIII. 77.)

Scr. Romae mense Sextili, die incerto A. U. C. 708.

Officio suo in supplicatione decernenda narrato, commendat M. Bolanum et ut Dionysium servum suum fugitivum restitui curet, rogat.

M. T. CICERO P. SULPICIO, IMP. S. D.

Quum his temporibus non sane in senatum venitarem; tamen, ut tuas literas legi, non existimavi,

Sulpicio) Bernardinus Rutilius, qui opiniones quasdam suas in Familiares, ut vocant, Ciceronis epistolas, edidit, legendum arbitrabatur, P. Vatinio, adductus in hanc sententiam ea ratione, quia Cicero de servo suo Dionysio scribit in hac epistola, de quo idem Vatinius ad Ciceronem in duabas V. 9. 10. et ad eum Cicero epist. 11. Sensit idem postea Corradus in suis scholiis. Mihi non satis neque Rutilii neque Corradi sententia, quam alii postea secuti sunt, probatur. Nam ut illud omittam, quod haec

es auch nur, weil ich die Koſten auf das prächtige feine Pergament nicht geſpart habe, worauf ich ſein Exemplar abſchreiben laſſen: was ich übrigens ganz wohl leiden kann. Aber es bleibt dem ungeachtet dabey, es geſchieht auf deine Gefahr. Wenn du alſo einiges Bedenken trägſt, ſo gehen wir zum Brutus über! Denn auch Er iſt ein Anhänger des Antiochus. Das nenne ich doch eine flatterhafte, ihren Charakter behauptende Akademie, bald da, bald dort!

Aber, wenn ich bitten darf, hat dir mein Zueignungsſchreiben an Varro ſehr gefallen? Ich will nicht ehrlich ſeyn, wenn ich je wieder ſo etwas zuwege bringe! Daher hab' ich es auch nicht einmahl dem Tiro dictirt, der ganze Perioden auf einmahl zuſammenzuraffen pflegt, ſondern dem Spintherus, dem man Alles ſylbenweis zuzählen muß. *)

89.

An P. Vatinius. **)

XIII. 77. Div. 708.

Wiewohl ich in dieſen Zeiten eben nicht ſehr häufig im Senat erſcheine, ſo habe ich doch, nach Leſung dei-

*) Damit es recht ſchön und ohne Fehler geſchrieben werde.

**) Ich bin ſo überzeugt, daß es jedem unbefangenen Leſer bey Vergleichung dieſes Briefes mit dem 82ſten dieſes Buchs, eben ſo hell wie mir und Andern vor mir, in die Augen leuchten müſſe, daß er die Antwort auf den beſagten Brief, und alſo an den damahligen Präfecten Cäſar's über Illyricum, Vatinius, und keineswegs an Servius Sulpicius, Präfecten über Achaja, den der ganze Inhalt des Briefs nicht das Mindeſte angeht, geſchrieben ſey. Ich habe mir alſo die Freyheit genommen, Trotz allen Handſchriften und Ausgaben, das Simonidiſche suum cuique zu handhaben,

me salvo jure nostrae veteris amicitiae, multorumque inter nos officiorum, facere posse, ut honori tuo deessem. Itaque adfui, supplicationemque tibi libenter decrevi: nec reliquo tempore ullo, aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuae deero. Atque, hoc ut tui necessarii sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eos per literas certiores, ut, si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi jure suo denuntiare.

M. Bolanum, virum bonum, et fortem, et omnibus rebus ornatum, meumque veterem amicum, tibi magnopere commendo. Pergratum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat, hanc commendationem sibi magno adjumento fuisse. Ipsumque virum optimum, gratissimumque cognosces. Promitto tibi, te ex ejus amicitia magnam voluptatem esse capturum. Praeterea a te peto in majorem modum, pro

hujus epistolae verba: salvo jure nostrae veteris amicitiae; et quae sunt infra: pro tuo perpetuo in me studio non videntur in Vatinium convenire, cujus erga Ciceronem perpetuum certe studium non fuerat, inimicitiis, oratione adversus eum notissimis, interruptum; ut hoc, inquam, omittam, quod exigui ponderis non est, valde me movet ea ratio, quod post supplicationem decretam scribit Cicero de servo suo ad Sulpicium; et Vatinio decreta supplicatio videtur Octobri mense ut ex ep. 10. lib. V. non dubiam facere conjecturam licet. Scripsit enim Vatinius Nonis Dec. eam epistolam quum de supplicatione decreta jam e Ciceronis literis cognovisset. Ante Novembrem autem priorem ejus epistolam acceperat Cicero datam V. Idus Quint. in qua de fuga servi Dionysii se audisse significavit. Quod quum ita sit, cui verisimile vide-

nes Briefes geglaubt, daß ich ohne Verletzung der zwischen uns bestehenden alten Freundschaft und vieler wechselseitiger Dienstleistungen nicht abwesend seyn dürfe, als von einer deiner Würde angemessenen öffentlichen Ehrenbezeigung im Senat die Rede war. Ich fand mich also ein, und gab meine Stimme zu deinem Dankfeste mit bestem Willen: so wie ich auch in Zukunft es bey jeder Gelegenheit, wobey dein Vermögen, deine Ehre und deine Würde betroffen wäre, an meinen guten Diensten nie fehlen lassen werde. Auch wünsche ich, daß du deine Verwandten von dieser meiner Gesinnung gegen dich schriftlich versichern möchtest, damit sie, wenn ich dir in etwas sollte dienen können, sich berechtigt halten, es mir ohne Bedenken anzuzeigen.

Den M. Bolanus, einen wohlgesinnten, braven, in jeder Rücksicht achtungswürdigen Mann und meinen vieljährigen Freund, will ich dir hiermit nachdrücklichst empfohlen haben. Du wirst mich sehr verbinden, wenn du ihm Ursache gibst, sich zu überzeugen, daß ihm diese meine Empfehlung von großer Beyhülfe gewesen sey. Du wirst einen sehr rechtschaffnen und dankbaren Mann an ihm kennen lernen, und ich verspreche dir, daß dir aus seiner Freundschaft viel Vergnügen zuwachsen wird. Außer dem bitte ich dich noch sehr inständig und verspreche mir von unsrer Freundschaft und deinem ununterbrochnen Eifer mir Gefälligkeiten zu erwei-

und wenigstens in meiner Übersetzung dem Vatinius den an ihn geschriebenen Brief wieder zurückzustellen, da ich außer der Überschrift, weder einen innern noch äußern Grund finden kann, warum ich es nicht thun sollte. Die sehr schwachen Gründe, womit Manutius die gewöhnliche Lesart mühsam rechtfertigen will, zu widerlegen, wäre zwar ein Leichtes; aber meine Zeit ist kurz, der Arbeit noch zu viel, und die Frage, ob dieser Brief dem Sulpicius oder Vatinius gehöre, unsern Lesern zu unbedeutend, um mich länger dabey aufzuhalten.

nostra amicitia et pro tuo perpetuo in me studio, ut in hac re etiam elaborés.

Dionysius, servus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit, quum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. Is est in provincia tua. Eum et M. Bolanus, familiaris meus, et multi alii Naronae viderunt. Sed quum se a me manumissum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere, quam mihi gratum futurum sit. Res ipsa parva, sed animi mei dolor magnus est. Ubi sit, et quid fieri possit, Bolanus te docebit. Ego si hominem per te reciperaro, summo me a te beneficio adfectum abitrabor.

EPISTOLA XC. (ad Att. XIII. 35. 36.)

Scr. in Tusculano VIII. Id. Sext. A. U. C. 708.

De urbe per Atheniensem quemdam augenda, de libris Academicis Varroni datis, de Bruti erga se amore.

CICERO ATTICO S.

O rem indignam! Gentilis tuus urbem auget; quam hoc biennio primum vidit: et ei parum magna visa est, quae etiam ipsum capere potuerit. Hac de

atur, hanc epistolam, Sulpicio inscriptam, in qua de supplicatione decreta fit mentio, adVatinium de Dionysii fuga, multo ante supplicationem ei cognita, ut ignota de re missam esse? Ad hanc rationem accedit altera, ipsa quoque, ut arbitror, non contemnenda. Nam quum Cicero supplicationem decretam Sulpicio significat, eodem tempore M. Bolanum commendat Vatinius autem in epistola sua de supplicatione sibi decreta respondens, verbum de Bolano nullum facit. Consensum omitto veterum librorum, quibus in omnibus perspicue scriptum video, ne una quidem litera veritatem obscurante, P. Sulpicio. Restat il-

sen, daß du dich folgender Sache ernstlich annehmen wollest.

Mein Sclave Dionysius, der meine, vieles Geld kostende Büchersammlung unter Händen hatte, da er viele Bücher heimlich auf die Seite geschafft und fürchtete, daß es ihm nicht ungestraft hingehen werde, ist mir davon gelaufen und befindet sich in deiner Provinz. Mein Freund Bolanus und viele Andere haben ihn zu Narona gesehen: da er aber versicherte, ich hätte ihm die Freyheit geschenkt, haben sie ihm geglaubt. Wenn du dich dafür verwendest, daß ich diesen Menschen wieder in meine Gewalt bekomme, werd' ich dir unsäglich viel Dank dafür wissen. Die Sache ist an sich selbst eine Kleinigkeit; aber der Verdruß, den sie mir macht, ist desto größer. Bolanus wird dir nachweisen, wo er ist, und wie man sich seiner am besten versichern kann. Kann ich den Menschen durch dich wieder bekommen, so will ich glauben, eine der größten Wohlthaten von dir empfangen zu haben.

90.

An Atticus.

XIII. 35. u. 36. Attic. 708.

Kann wohl etwas Unleidlicheres seyn, als der übermüthige Einfall deines Landsmanns, die Stadt erweitern zu wollen, die er seit zwey Jahren zum ersten Mahl gesehen hat, und sie nicht groß genug zu finden, da sie doch sogar für ihn noch Raum gehabt hat?*)

*) Der Unwille Cicero's über dieses seinem Gartenkauf ungünstige Vorhaben gilt eigentlich Cäsarn, der den Plan, den ihm ein Athenischer Mathematikus zu Erweiterung der Hauptstadt der Welt vorgelegt, auszuführen beschlossen hatte.

re igitur exspecto literas tuas. Varroni, scribis, te simul ac venerit. Dati igitur jam sunt; nec tibi integrum est; hui, si scias quanto periculo tuo; aut fortasse literae meae te retardarunt. Sed eas nondum legeras, quum has proximas scripsisti. Scire igitur haveo, quo modo res se habeat.

la dubitatio; quum in Vatinii imperio urbs Narona fuerit, ut ex ipsius epistolis intelligitur, qui possit eadem urbs esse in imperio Sulpicii. Placere video doctis viris, id quod ego quoque semper existimavi, Vatinii qui tribunatum e Caesaris primum consulis voluntate gesserat, et Sulpicii, qui ejusdem Caesaris legatus fuerat in Gallia, communem fuisse provinciam Illyricum; et eo magis, quod iidem in re quoque maritima contra Octavium Pompejanum, praeclare gesta, collegae fuerant, ut apud Oppium de bello Alex. c. 44. scriptum est. At Vatinium de Illyrico sine Sulpicio triumphasse, fasti docent, ex quo sequi videtur, ut solus Illyrico praefuerit. Hoc refellere non difficile est. Potuit enim toto triennio, quo Vatinius Illyricum administravit, i. e. a quarto Caesaris consulatu ad Lepidum et Plancum consules aliquid in provincia Sulpicius offendere, aut a Caesare ipso revocari, aut post obitum Caesaris ab Octaviano rerum potito; potuit ante Lepidi et Planci consulatum interire; fortasse etiam hunc honorem Octavianus, quum omnia non jure, non more, sed ex dominantium libidine gererentur, uni Vatinio gratiae causa largiri voluit. Manutius. Bene hoc expedivit Manutius, et Hieronymo quoque Ragazonio idem placuit, hanc epistolam ad P. Sulpicium, non ad Vatinium scriptam esse. Quod autem Manutius ait in libro de bello Alexandrino c. 44. mentionem fieri Sulpicii, id secus est. Contra, quod Ragazonium non fugit in libro de bello Africano c. 10. haec verba leguntur: Caesar cum cohortibus septemque ex veteranis legionibus in classe cum Sulpicio et Vatinio rem gesserant, oppido Ruspina regressus, proficiscitur ad portum: ex quibus intelligitur Sulpicium una cum Vatinio rebus Illyricis praefuisse. Schütz.

Ich erwarte also etwas hierüber in deinem nächsten Briefe. Dem Varro, schreibst du, wolleſt du das Buch übergeben, ſobald er in die Stadt komme. Es iſt alſo bereits geſchehen. Wenn du weißt, welche Gefahr du dabey läufſt, ſo dauerſt du mich: oder hat mein letzter Brief dich vielleicht zurückgehalten? Aber den hatteſt du noch nicht geleſen, als du deinen jüngſten ſchriebſt. Ich bin ſehr begierig zu wiſſen, wie die Sache ſteht.

De Bruti amore, vestraque ambulatione, etsi mihi nihil novi adfers, sed idem, quod saepe; tamen hoc audio libentius, quo saepius: eoque mihi jucundius est, quod tu eo laetaris; certiusque eo est, quod a te dicitur.

EPISTOLA XCI. (ad Att. XIII. 37.)

Scr. in Tusculano VIII. Id. Sext. A. U. C. 708.

De Xenonis nomine, de Quinti filii maledictis, de laudatione Porciae, de gladiatoribus, de auctione Cluvianorum bonorum proscribenda.

CICERO ATTICO S.

Has alteras hodie literas. De Xenonis nomine, et de Epiroticis xxxx, nihil potest fieri nec commodius, nec aptius, quam ut scribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor.

Novi nihil sane, nisi Hirtium cum Quinto acerrime pro me litigasse; omnibus eum locis furere, maximeque in conviviis; quum multa de me, tum redire ad patrem; nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici, quam alienissimos nos a Caesare; fidem nobis

de Bruti amore] hic vulgo nova epistola inchoatur. Cujus tamen argumentum est ejus modi, ut potius adpendix esse hujus epistolae videatur.

Was du mir von deiner Promenade mit Brutus *) und von seiner Liebe zu mir schreibst, ist mir zwar nichts Neues, da du mir schon oft davon gesprochen; aber je öfter, desto lieber höre ich's, und desto mehr freut es mich, weil es dir so viel Freude macht, desto gewisser ist es, weil du mir's sagst. **)

91.

An Ebendenselben.

XIII. 37. Attic. 708.

Dieß ist der zweyte Brief den ich dir heute schreibe. Es kann nichts Bequemeres und Schicklicheres seyn, als die Einrichtung, die du wegen der Schuldverschreibung an Xeno ***) und der im Epirus angewiesenen 40,000 Sestertien ****) getroffen hast. Der jüngere Balbus hatte mir bereits die nähmliche Auskunft darüber gegeben.

Neues weiß ich dir wirklich nichts zu schreiben, als daß Hirtius sich mit dem jungen Quintus sehr heftig für mich herumgezankt haben soll. Dieser wüthe aller Orten, besonders bey Gastmählern, gegen mich: wenn er mit mir fertig sey, dann geh' es über seinen Vater her? das Glaubwürdigste *****) indessen sey, wir seyen äußerst übel gegen Cäsarn gesinnt, man solle uns ja nicht trauen; vor mir habe man sich sogar zu hüthen

*) Von dem was sie mit einander auf diesem Lustgang unter vier Augen über Cicero gesprochen.

**) Dieser letzte Absatz gehört augenscheinlich noch zu diesem Brief, wiewohl die Abschreiber einen neuen daraus gemacht haben.

***) Vermuthlich einen Geschäftsverweser des Atticus in Athen.

****) Diese Geldgeschäfte beziehen sich ohne Zweifel auf den Unterhalt des jungen M. Cicero in Athen.

*****) Was seinen Zuhörern so vorkomme.

habendam non esse; me vero etiam cavendum; (φοβερον ἦν, nisi viderem scire regem, me animi nihil habere) Ciceronem vero meum vexari. Sed id quidem arbitratu suo.

Laudationem Porciae gaudeo me ante dedisse Leptae tabellario, quam tuas acceperim literas. Eam tu igitur, si me amas, curabis, si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio, et Bruto.

De gladiatoribus, de ceteris, quae scribis ἀνεμοφόρητα, facies me quotidie certiorem.

Velim, si tibi videtur, adpelles Balbum, et Offilium de auctione proscribenda. Equidem locutus sum cum Balbo. Placebat; puto conscripta habere Offilium omnia; habet et Balbus; sed Balbo placebat, propinquum diem, et Romae; si Caesar moraretur, posse diem differri. Sed is quidem adesse videtur. Totum igitur considera. Placet enim Vestorio

(das wäre wirklich eine furchtbare Beſchuldigung, wenn ich nicht ſähe, der König †) wiſſe recht gut, daß ich kein Herz habe). Auch mein Sohn werde übel von mir behandelt. — Doch das Alles nach ſeinem Belieben.

Es freut mich, daß ich meine Lobrede auf Porcia*) dem Briefbothen des Lepta eher mitgegeben, ehe ich deinen Brief erhielt. Du wirſt alſo, ſo lieb ich dir bin, dafür ſorgen, daß ſie dem Domitius [ihrem Sohn] und dem Brutus, wenn ſie ihnen ja zugeſchickt werden ſoll, ſo wie ſie iſt, zugeſchickt werde. **)

Von den Fechterſpielen und den übrigen ἀνεμοφορήτοις, ***) wie du ſie nennſt, laß mir täglich Nachricht geben.

Ich wünſchte, wenn du es gut findeſt, daß du mit Balbus und Oſſilius wegen Ankündigung der bewußten Verſteigerung Rückſprache nehmen möchteſt. Mit Balbus hab' ich ſelbſt davon geſprochen. Mein Vorſchlag gefiel ihm. Ich glaube Oſſilius hat ein Verzeichniß der ſämmtlichen Verlaſſenſchaft; auch Balbus hat eines. Aber Balbus trug auf einen nahen Tag an und daß die Auction zu Rom vor ſich gehen ſollte; käme Cäſar ſobald noch nicht, ſo könnte der Tag weiter hinausgeſchoben werden. Aber der ſcheint nun da zu ſeyn. Nimm alſo das ganze Geſchäft in Überlegung. Veſtorius iſt [mit mir] einverſtanden.

†) Cäſar.

*) Die kürzlich verſtorbene Schweſter des Cato von Utica, und Witwe des L. Domitius Ahenobarbus.

**) D. h. vermuthlich, in fehlerfreyen Abſchriften.

***) D. i Vom Wind herbey und wieder davon geführten Gerüchten und Stadt-Anekdoten.

BODLEIAN LIBRARY OXFORD UNIVERSITY

EPISTOLA XCII. (ad Att. XIII. 38.)

Scr in Tusculano VII. Id. Sext. A. U. C. 708.

De contumeliosis Q. filii literis, et de ratione eum excipiendi.

CICERO ATTICO S.

Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te, et ante lucem dedi. Deinde quum, somno repetito, simul cum sole experrectus essem, datur mi epistola a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi, cujus est principium non sine maxima contumelia; sed fortasse οὐκ ἐπέστησεν. Est autem sic; Ego enim non probo, quidquid non belle inte dici potest. Posse vult in me multa dici non belle; sed ea se negat adprobare. Hoc quidquam pote impurius? Jam cetera leges, (misi enim ad te) judicabisque. Bruti nostri quotidianis adsiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi multi mihi renuntiaverunt, commotum istum aliqua do, scripsisse aliquid ad me; credo et ad te; idque ut sciam, facies: nam ad patrem de me quid scripserit, nescio; de matre quam pie? Volueram, inquit, ut quam plurimum tecum essem, conduci mihi do-

59.

An Atticus.

XIII. 38. Attic. 708.

Während ich vor Tag gegen die Epikurcer schrieb, *) kritzelte ich auch, ich weiß nicht was an dich, und schickte es noch vor Tag fort. Ich schlief wieder ein, und wie ich mit der Sonne erwache, wird mir ein Brief von deinem Schwestersohn gebracht, den ich dir im Original beylege, und der gleich mit einer groben Beleidigung anfängt. Doch vielleicht verstand er selbst nicht, was er sagte. So lauten seine Worte: „denn ich billige eben nicht Alles, was nicht Hübsches gegen dich gesagt wird.“ Er nimmt an, es könne viel nicht Hübsches gegen mich gesagt werden, versichert aber, daß er es nicht billige. Kann wohl etwas Unartigers seyn als dieß? das übrige lies selbst, (denn deßwegen hab' ich dir den Brief geschickt) und urtheile. Ich denke, er habe sich einmahl, im Unmuth, den Brutus täglich mit so großen Lobsprüchen, an denen er, wie ich von sehr Vielen höre, unerschöpflich ist, von mir reden zu hören, hingesetzt, und an mich, ich denke auch an dich, geschrieben. Mache doch, daß ich dahinter komme, ob es so ist. Was er an seinen Vater von mir geschrieben hat, weiß ich nicht: aber wenigstens siehst du, wie es um seine kindliche Liebe gegen seine Mutter steht. „Ich wollte, schreibt er, daß mir, um „recht viel um dich zu seyn, ein eignes Haus „gemiethet würde: das hab' ich dir schon vor ei„niger Zeit geschrieben, aber du hast nicht darauf ge„achtet. Wir werden also nicht sehr oft beysammen seyn. „Denn dieses Haus **) kann ich nun einmahl nicht

*) In seiner zweyten Tusculana.

**) Sein Väterliches nähmlich, welches unmittelbar an das Haus seines Oheims stieß.

mum; et id ante scripseram: neglexisti. Ita minus multum una erimus. Nam ego istam domum videre non possum: qua de causa, scis. Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nunc me juva, mi Attice, consilio, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας. Ut enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus. Tu autem, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. Equidem vereor maxime, ne in Tusculano opprimar. In turba haec essent faciliora. Utrum igitur Asturae? Quid, si Caesar subito? Juva me, quaeso, consilio. Utar eo, quod tu decreveris.

ὕψιον] Hic vulgo, etiam in edit. Bipontina, addebantur ista: id est utrum aperte hominem asperner et respuam, quae rectissime judicavit Valckenarius insititia esse.

„sehen: aus welcher Ursach, ist dir bekannt.“ *) Diese Ursache, sagt sein Vater, sey, daß er seine Mutter nicht leiden könne. Rathe mir nun, lieber Atticus, ob ich in meinem Benehmen gegen diesen Menschen [mit Pindarn zu reden] die hohe Mauer der Gerechtigkeit besteigen, d. i. ihn geradezu mit der verdienten Verachtung von mir stoßen, †) oder die krummen Gänge des Betrugs einschlagen soll? **) Denn es geht auch mir wie Pindarn, mein Gemüth ist getheilt und kann zu keiner festen Entschliessung kommen. ***) Jenes wäre meinen Sitten angemessener, dieses vielleicht den Zeitumständen. Aber was du dir selbst, als das Rechte, rathen wirst, soll auch mir gerathen seyn. Wovor ich mich jetzt am meisten fürchte, daß er mir im Tusculan unversehens über den Hals komme. Im Getümmel von Rom könnt' ich ihm leichter ausweichen. Soll ich etwa nach Astura flüchten? ****) Aber wenn nun Cäsar plötzlich ankäme? Rathe mir, ich bitte dich. Was du für mich beschliessest, will ich befolgen.

*) Diese Pröbchen von der Prose des jungen Herrn, machen seiner Erziehung eben so schlechte Ehre als seiner Sinnesart.

†) Ein Einschiebsel eines Glossators: id est; utrum aperte hominem asperner, et respuam. Sch.

**) Diese Art, seine Gedanken hinter einen Vers eines alten Dichters gleichsam zu verstecken, galt bey den Alten für eine besondere Grazie des Styls. Heut zu Tage würde sie (wenige Fälle etwa ausgenommen) eine gute Schreibart sehr verunzieren. Übrigens ist diese Anspielung auf einen Vers aus einem nicht mehr vorhandenen Pindarischem Gesang eine Nachahmung Plato's, welcher an einem Orte s. Republik — wiewohl in einem andern Sinne — Gebrauch davon macht.

***) Wieder ein Vers aus einem verloren gegangenen Gedichte.

****) Um ihm zu entgehen, nicht, um ihn dort zu empfangen; denn das ist's ja, was er vermeiden will.

EPISTOLA XCIII. (ad Att. XIII. 39.)

Scr. in Tusculano VI. Id. Sext. A. U. C. 708.

De impiis Q. filii literis. Romam ve venturum sed invitum, Dicaearchi aliquot libros poscit.

CICERO ATTICO S.

O incredibilem vanitatem! ad patrem, domo sibi carendum propter matrem: plena pietatis. Hic autem jam languescit, et ait sibi illum jure iratum. Sed utar tuo consilio; σχολιὰ enim tibi video placere.

Romam, ut censes, veniam, sed invitus. Valde enim in scribendo haereo. Brutum, inquis, eadem scilicet. Sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret. Nec enim inde venit, unde mallem; neque diu abfuit; neque ullam literam ad me. Sed tamen scire haveo, qualis ei totius itineris summa fuerit.

Libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, velim mittas, et maxime Φαίδρου περισσῶν, et Ἑλλάδος.

plena pietatis] ironice scilicet.

93.

An Atticus.

XIII. 39. Attic. 708.

O der unglaublichen Aufblaſenheit! Seinem Vater zu ſchreiben, er müſſe das väterliche Haus der Mutter wegen meiden. Saubere Kindespflicht! Und dennoch fängt der Vater ſchon an weich zu werden, und ſagt: das Söhnchen hätte Recht auf ihn zu zürnen. Ich für meinen Theil will ihm im Zickzack beyzukommen ſuchen; denn ich ſehe, daß du ſelbſt ſo zu verfahren gemeint biſt, und dieß iſt mir ſo gut als ein förmlicher Rath. Auch nach Rom will ich kommen, weil du es für das Beſte hältſt, wiewohl ungern. Denn ich bin gewaltig in meiner Schriftſtellerey vertieft. Du ſagſt, zu Rom würde ich nebenbey auch den Brutus ſprechen können. *) Aber, wenn der andere Beweggrund nicht wäre, würde mich dieſer nicht nach Rom ziehen. Denn er kommt weder daher, von wo ich ihn lieber geſehen hätte, noch iſt er lange abweſend geweſen; und über dieß hat er mir keinen Buchſtaben geſchrieben. Indeſſen bin ich doch begierig zu wiſſen, worin der Hauptgewinn ſeiner Reiſe beſtehen mag. Ich bitte dich, ſchicke mir die Bücher, die ich neulich ſchon von dir verlangt habe. **)

*) Welcher Cäſarn entgegen gereiſet, und auf dem Rückwege begriffen war.

**) Die folgenden Worte: et maxime φαιδρου περισσων et ελλαδος, ſind vermuthlich unter den Händen der Abſchreiber verfälſchte Titel von unbekannten Büchern und Verfaſſern. (Nach des gelehrten Voſius wahrſcheinlicher Meinung ſind beyde Schriften des Dikäarchos 1. φαιδρου περισσα, wo er zeigt, daß viel Überflüſſiges in Platons Phädrus iſt, 2. βιος Ελλαδος, wo er Griechenland und der Griechen Sitten ſchildert. Sch.)

EPISTOLA XCIV. (ad Att. XIII. 40.)

Scr. in Tusculano a. d. VI. Id. Sext. A. U. C. 708.

De Bruti ad Atticum literis, et de Q. filii adventu.

CICERO ATTICO S.

Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros? εὐαγγέλια! sed ubi eos? nisi forte se suspendit. Hic autem ut stultum est! ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam, et Brutum? Sed quid faciant? Illud optime, sed neis quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene de nostro. At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat iis, quas ad me. Ac vellem aliquid degustasse de fabulis. Sed coram, ut scribis. Etsi, quid mi auctor es? advolone, an maneo? Equidem et in libris haereo, et il-

εὐαγγέλια] Rectius hoc absolute ponitur quam, ut Bosius fecit, conjungitur cum superioribus, q. d. Caesarem missurum *εὐαγγέλια* ad bonos viros, quod illos jubeat in patriam redire.

ubi eos?] sc. reperiet?

nisi forte se suspendit] sc. ut ad inferos veniat, ubi bonos viros reperiat, Ernesti.

φιλοτέχνημα] fortasse leg. *φιλον τέχνημα*. Sed quale fuerit hoc opus artificiosum haud satis constat. Bosius intelligit statuas L. Junii Bruti qui Tarquinium expulit, et Servilii Ahalae, qui Sp. Maelium occidit, quas Atticus in Parthenone habuerit. Gronovius autem accepit de stemmate Bruti ab Attico composito: in quo ille a. L. Junio Bruto et Servilio Ahala deductus fuerit, duobus tyrannicidis.

94.

An Ebendenselben.

XIII. 40. Attic. 708.

Also verkündigt uns Brutus die fröhliche Bothschaft, daß Cäsar geneigt sey, sich wieder mit den Optimaten zu verbinden? Aber wo will er sie finden, wenn er sich nicht aufhängt? *) Sie hier zu suchen, wäre Thorheit. — Wo bleibt nun dein Lieblingskunstwerk, das ich in deinem Parthenon **) gesehen habe, Ahala und Brutus? ***) Aber was sollten diese dermahlen thun?

Was mir in deinem Brief am besten gefallen hat, ist die Stelle: „doch der selbst, der unsern Neffen „zu allen seinen Unfugen verleitet hat,****) „denkt nicht gut von ihm.“ Mir war sogar bange, daß Brutus etwas auf ihn halten möchte; denn das hatte er [der junge Quintus] in seinem Brief an mich deutlich genug zu verstehen gegeben. Ich möch-

*) Um sie im Reich der Todten zu suchen, wo er sie hingeschickt hat.

**) Vermuthlich ein Saal in dem Suburbano des Atticus, dem er, der Schutzgöttinn seines geliebten Athens zu Ehren, den Nahmen und vielleicht auch, nach verjüngtem Maßstab, die Form und innere Ausschmückung des Athenischen Parthenons oder Minerven-Tempels gegeben hatte.

***) Wahrscheinlich (mir wenigstens) bestand dieses Kunstwerk in einem Doppelbrustbild von den zwey berühmten Römischen Tyranney-Feinden, Luc. Junius Brutus und C. Servilius Ahala, deren Jener dem Königthum zu Rom ein Ende machte, dieser den nach der Alleinherrschaft trachtenden Spurius Melius tödtete, und welche unser Brutus beyde unter seine Ahnen von väter- und mütterlicher Seite zählte.

****) Vermöge mehrerer in den Briefen an Atticus, besonders im 20sten des XI. Buchs gegebenen Winke, kann dieß wohl kein Anderer seyn als Hirtius.

lum hic excipere nolo: ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa Acronoma. Mirum, quam inimicus ibat, ut ego objurgarem. Sed ego ipse κεπφοῦμαι. Itaque posthac. Tu tamen vide, quid de adventu meo censeas; et τὰ ὅλα, cras si perspici potuerint, mane statim ut sciam.

EPISTOLA XCV. (ad Att. XIII. 41.)

Scr. in Tusculano V. Id. Sext. A. U. C. 708.

De epistola ad Attici sororem Q. fratri missa, et de ratione ejus filium accipiendi.

CICERO ATTICO S.

Ego vero Quinto epistolam ad sororem misi. Quum ille quereretur filio cum matre bellum, et se ob eam causam domo cessurum filio diceret; dixi illum commodas ad matrem literas, ad te nullas. Ille alterum mirabatur: de te autem suam culpam, quod saepe graviter ad filium scripsiset de tua in illum injuria. Quod autem relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis σκολιᾶς ἀπάτας significavi me iratum non fore. Tum enim mentio Caniae. Omnino,

σκολιᾶς ἀπάτας significavi me iratum non fore] Vulgo, etiam in ed. Bipontina, abest iratum, quod nec sensus nec structura verborum abesse patitur. Sensus est: ego σκολιᾶς ἀπάτας τεῖχος ἀναβὰς h. e. obliquo dolo usus, non ex animi sententia locutus, cf. ep. 621. significavi me Quinto filio iratum non fore.

te wohl ein Pröbchen von dem zu koſten kriegen können, was er dem Brutus vorgefabelt hat. Doch hierüber mündlich, wie du ſchreibſt. Bey allem dem, was räthſt du mir? Soll ich kommen? Soll ich bleiben? Wahr iſt's, hier halten mich meine Bücher feſt: aber ich will nicht, daß Quintus hier mein Gaſt ſey. Wie ich höre, reiſt ihm ſein Vater heute bis nach — — *) entgegen. Seltſam, da er doch ſo aufgebracht wider ihn war, daß ich ihn darüber beſchelten mußte. Doch ich bin ja ſelbſt nur gar zu leicht herumzubringen. — Überlege du indeſſen noch ferner, ob du meinſt, daß ich nach Rom kommen ſoll; und wenn du morgen im Ganzen völlig klar ſiehſt, ſo mach' es mir in aller Frühe zu wiſſen.

95.

An Atticus.

XIII. 41. Attic. 708.

Ich habe nicht ermangelt, deinen Brief an deine Schweſter meinem Bruder mitzutheilen. Da er ſich gegen mich beklagte, daß ſein Sohn mit der Mutter in offener Fehde lebe, und hinzuſetzte, er würde ſich deßwegen aus ſeinem Hauſe entfernen, und ſeinem Sohne darin Platz machen: ſagte ich ihm, Quintus hätte ganz anſtändig an ſeine Mutter geſchrieben, an dich aber gar nicht: er wunderte ſich über jenes; von dieſem aber gab er ſich ſelbſt die Schuld, weil er in ſeinen Briefen an ihn ſich öfters in harten Ausdrücken über die Unbilligkeit deines Betragens gegen ihn herausgelaſſen habe. Da er aber ſagt, ſein Unwillen habe nachgelaſſen, ſo erklärte ich mich, deinem Rath gemäß, mit Zurückhaltung meiner wahren Geſinnung, ich würde auch meinen

*) Hier wird der Ort in den Handſchriften verſchiedentlich benennt: aber die Geographen wiſſen von keinem dieſer angeblichen Orte.

si id consilium placeret, esset necesse. Sed ut scribis, ratio est habenda gravitatis; et utriusque nostrum idem consilium esse debet: etsi in me graviores injuriae, et certe notiores. Si vero etiam Brutus aliquid adferet, nulla dubitatio est. Sed coram. Magna enim res, et multae cautionis. Cras igitur; nisi quid a te commeatus.

EPISTOLA XCVI. (ad Att. XIII. 43.)

Scr. in Tusculano a. d. IV. Id. Sext. A. U. C. 708.

Gratias agit quod sibi de prorogatione diei, quo Romam veniendum sit, scripserit.

CICERO ATTICO S.

Ego vero utar prorogatione diei: tuque humanissime fecisti, qui me certiorem feceris, atque ita, ut eo tempore acciperem literas, quod non exspectarem; tuque ut ab ludis scriberes.

Unwillen wieder ihn fahren laſſen. Wir ſprachen damahls eben von der jungen Cana; *) und wenn unſere Meinung wäre, daß aus dieſer Sache etwas werden ſollte, ſo müßten wir freylich gelindere Saiten aufziehen. Aber, wie du ſagſt, wir haben unſer Anſehen in der Familie zu behaupten, und dazu wäre nöthig, daß wir beyde einerley Meinung ſeyn ſollten: wiewohl die Beleidigungen, die er mir zugefügt hat, ſchwerer, und gewiß bekannter ſind. Wenn aber auch Brutus etwas **) mitbrächte, ſo iſt gar kein Zweifel, was ich zu thun habe. Doch dieß ſey auf unſre nächſte Zuſammenkunft ausgeſetzt. Denn die Sache iſt wichtig und erfordert viele Behuthſamkeit. Ich komme alſo morgen, es wäre denn, daß du mir noch Urlaub gäbeſt.

96.

An Ebendenſelben.

XIII. 43. Attic. 708.

O gewiß werd' ich mir den Aufſchub, den du mir gibſt, zu Nutze machen, und es iſt ſehr freundlich von dir, daß du mich in Zeiten benachrichtigeſt, und ſogar die Circenſiſchen Spiele ***) verabſäumſt, um mich, früher als ich's erwartete, mit einem Briefe zu überraſchen.

*) Vielleicht eine Tochter des Q. Gellius Canus, deſſen ſchon im 21ſten Brief des XIII. Buchs an Atticus Erwähnung geſchah, welche der junge Quintus, nach dem Willen ſeiner Mutter, gegen den ſeinigen, heirathen ſollte.

**) Einen, ſich etwa auf Cäſarn beziehenden Beweggrund unſerm Neffen zu verzeihen — oder auch nicht zu verzeihen, denn ſo zweydeutig wie C. ſich ausdrückt, kann er das Eine oder das Andere meinen.

***) Welche Cäſar dem Volk wegen des ſiegreichen Ausgangs ſeines Feldzugs gegen die Söhne des Pompejus geben ließ.

Sunt omnino mihi quaedam agenda Romae; sed consequemur biduo post.

EPISTOLA XCVII. (ad Att. XIII. 44.)

Scr. in Tusculano prid. Id. Sext. A. U. C. 708.

De Caesaris statua in pompa Circensi gestata, de libris Academicis Varroni datis, de Atticae ludorum spectatione, de libris aliquot mittendis et loco Ligarianae corrigendo.

CICERO ATTICO S.

Suaves tuas literas! etsi acerba pompa. Verumtamen scire omnia non acerbum est, vel de Cotta. Populum vero praeclarum, quod propter malum vicinum, ne Victoriae quidem ploditur. Brutus apud

acerba pompa] Pompam intelligit Circensem, qua Caesaris signum inter deorum signa gestatum est, decreto senatus.

Ich habe wirklich Einiges in Rom zu thun; aber es kann ein paar Tage ſpäter eben ſo gut abgethan werden.

97.

An Atticus.

XIII. 44. Att. 708.

Wie viel Vergnügen hat mir dein Brief gemacht! Aber wie kränkend der Prachtaufzug, *) den du beſchreibſt! Aber Alles zu wiſſen, iſt doch immer angenehm, ſogar was du mir von Cotta ſchreibſt. **) Aber das Volk hat ſich trefflich gehalten, daß es, des böſen Nachbars wegen, ſogar der Siegesgöttinn nicht geklatſcht hat. Brutus iſt bey mir geweſen. Er war ſehr der Meinung, daß ich an Cäſarn etwas [auf die Wiedereinrichtung der Republik ſich Beziehendes] ſchreiben ſollte. ***) Ich ſtimm-

Es wurden ungeheure Koſten auf ſolche Volksfeſte verwendet, und es gab da viel zu ſehen.

*) Bey dem Volksfeſte, deſſen im vorgehenden 96. Briefe erwähnt wird, und an welchem, mitten unter den Statuen der Römiſchen Götter, welche auf einer Art von Triumph-Seſſeln feyerlich durch die Stadt getragen wurden, zu großem Ärgerniß der Römer, auch die Bildſäule Cäſars an der Seite der Göttinn Victoria ſiegprangte.

**) Dieſer Cotta, einer von den XV. Senatoren, denen die Sibylliniſchen Bücher anvertraut waren, ſollte dem Senat angezeigt haben, die Sibylle hätte geweiſſagt, die Parther könnten nur von einem Könige bezwungen werden. Da nun ein Krieg mit dieſem mächtigen Volke nahe bevorſtehe, ſo werde wohl rathſam ſeyn, Cäſarn vorher zum König der Römer zu ernennen. — Daß dieß aber ein bloßes leeres Gerücht geweſen ſey, ſagt Cicero ganz beſtimmt im 54ſten §. des zweyten Buchs de Divinatione.

***) Cicero ging ſchon einige Zeit mit einem ſolchen Gedanken

me fuit; cui quidem valde placebat; me aliquid ad Caesarem. Adnueram; sed pompam videret.

Tu tamen ausus es Varroni dare? exspecto quid judicet. Quando autem perleget?

De Attica, probo. Est quiddam etiam animum levari quum spectatione, tum etiam religionis opinione, et fama.

Cottam mihi velim mittas. Libonem mecum habeo, et Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod adpellatur L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum esse meum: sed, ut ajunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sciebam Curfidium pernecessarium Ligariorum: sed eum video ante esse mortuum. Da igitur, quaeso, negotium Pharnaci, Antaeo, Salvio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

te ihm bey. Aber er hätte dieſen Aufzug geſehen haben ſollen! *)

Du haſt alſo doch das Herz gehabt, dem Varro ſein Buch zu übergeben? Ich erwarte, was er dazu ſagen wird. Aber wann wird er es durchleſen? **)

Daß du deiner Tochter erlaubt haſt, dieſem Pompe zuzuſehen, hat meinen völligen Beyfall. Eine ſolche Gemüthserhohlung kann ſowohl durch das Schauſpiel ſelbſt, als durch das Religiöſe, das damit verbunden iſt, und ſelbſt durch die Aufmerkſamkeit, die ſie †) erregt, nicht anders als wohlthätig für ihre Geſundheit ſeyn.

Schicke mir doch den Cotta. Den Libo habe ich bey mir, und den Caſca hab' ich ehmahls ſchon geleſen. ***) Brutus meldet mir im Nahmen des Ligarius, daß ich in meiner Rede für ihn [unter den anweſenden Fürbitten] auch den L. Curfidius genannt, ſey ein Irrthum; aber von denen, die man Gedächtnißſünden zu nennen pflegt. Ich wußte nähmlich, daß Curfidius mit den Ligariern in der engeſten Verbindung ſtand: aber nun ſehe ich, daß er damahls ſchon geſtorben war. Ich erſuche dich alſo dem Pharnazes, Antäus, Salvius, ****) aufzugeben; dieſen Nahmen aus allen Exemplaren wegzuſchaffen.

um, wie man ſich aus dem 43ſten und 62ſten Brief dieſes Buchs vielleicht erinnert.

*) Da wäre ihm nähmlich die Hoffnung vergangen, etwas Gutes dadurch zu bewirken.

**) Er ſchrieb ſelbſt zu viel, um zu leſen was Andere ſchrieben.

†) Durch ihr erſtes öffentliches Erſcheinen unter andern jungen Damen ihres Standes.

***) Die Rede iſt hier von drey Büchern, die mit ihren Urhebern (nach welchen C. ſie benennt) vorlängſt im Meer der Zeit verſunken ſind.

****) Unter den vielen Leibeignen, welche Atticus bloß mit Abſchreiben beſchäftigte, wie es ſcheint, die ſorgfältigſten.

EPISTOLA XCVIII. (ad Att. XIII. 45.)

Scr. in Tusculano Id. Sext. A. U. C. 708.

De adventu Caesaris in epistola ejus nuntiato, et divisione hereditatis Cluvianae.

CICERO ATTICO S.

Fuit apud me Lamia post discessum tuum; epistolamque ad me attulit missam sibi a Caesare: quae quamquam ante data erat, quam illae Diocharinae, tamen plane declarabat illum ante ludos Romanos esse venturum. In qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut frustra ipse properasset. Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium, quin ante diem venturus esset: idemque Balbo, quum eam epistolam legisset, videri Lamia dicebat.

Dies feriarum mihi additos video: sed quam multos, fac si me amas, sciam. De Baebio poteris, et de altero vicino Egnatio. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda; currentem tu quidem: sed cum Dolabella vivendum esse istis diebus vides. Quod nisi me Torquati cau-

98.

An Atticus.

XIII. 45. Attic. 708.

Nach deiner Abreiſe kam Lamia *) und brachte mir einen Brief, den er von Cäſarn erhalten, aus welchen, wiewohl er früher datirt iſt, als der, den Diochares **) brachte, deutlich erhellet Er werde auf die Zeit des großen Römiſchen Jahrsfeſtes ***) ankommen; und an deſſen Schluß ihm geſagt wurde, er möchte alle Anſtalten dazu machen, und ja verhüthen, daß Cäſar vergebens ſo eilfertig reiſe. Vermöge dieſes Briefes ſchien es außer allem Zweifel, daß er noch vor dem 4. September, ****) kommen werde; und ſo hätte es, ſagte Lamia, dem Balbus auch geſchienen, als er den beſagten Brief geleſen.

Wie ich ſehe, ſind mir noch einige Tage Ferien †) zugelegt worden; aber wenn du mir ſagen könnteſt, wie viele, würdeſt du mir einen großen Gefallen thun. Du wirſt es vom Bäbius und Egnatius, dem andern Nachbar, erfahren können. Wenn du mich ermahnſt, dieſe Tage auf eine philoſophiſche Arbeit zu verwenden, ſo rufſt du freylich einem Rennenden, hurtig! zu: indeſſen ſiehſt du, daß ich ſie mit Dolabella werde verleben müſſen. Wiewohl, wenn mich die Sache des Torquatus ††) nicht aufhielte, mir noch Tage genug bleiben,

*) Damahliger Ädilis.

**) Ein Freygelaßner Cäſars.

***) Zu den Ludis Romanis oder Magnis, dem vornehmſten der Circenſiſchen Volksfeſte, welches in den Anfang des Septembers fiel.

****) Dem Tag, wo die Ludi Romani ihren Anfang nahmen.

†) Weil die Brinniſche Auction noch weiter hinausgeſetzt worden war.

††) Seine durch Dolabella zu bewirkende Begnadigung.

sa teneret, satis erat dierum, ut Puteolos excurrere possem, et ad tempus redire. Lamia quidem a Balbo (ut videbatur) audiverat, multos nummos domi esse numeratos, quos oporteret quamprimum dividi. Magnum pondus argenti, praeter praedia: auctionem primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me velim, quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiorem, nec officiosiorem, nec nostri studiosiorem facile delegissem Vestorio: ad quem adcuratissimas literas dedi, quod idem te fecisse arbitror. Mihi quidem hoc satis videtur. Tu quid dicis? unum enim pungit, ne negligentiores esse videamur. Exspectabo igitur tuas literas.

EPISTOLA XCIX. (ad Att. XIII. 46.)

Scr. in Lanuvino Id. Sextil. A. U. C. 708.

Scribit Pollicem sibi praesto fuisse. Balbum a se conventum, petit ut Vestorium negligentiae adcuset, de Cassinii morte dolet, Quinto fratri, si fieri possit, pecuniam delegaturum ostendit, Vestorium excusat.

CICERO ATTICO S.

Pollex quidem, ut dixerat, ita mihi Lanuvii

um einen Abstecher nach Puteoli*) zu machen, und zu rechter Zeit wieder zurückzukommen. Übrigens scheint mir Lamia von Balbus gehört zu haben, es liege viel bares Geld in dem Cluvischen Hause, welches sobald als möglich getheilt werden müsse. Außer dem bestehe die Verlassenschaft, ohne die Landgüter, in einer Menge Silbergeräths von großem Gewicht, und die Versteigerung dürfe ebenfalls nicht lange verschoben werden. **) Schreibe mir doch, wenn ich bitten darf, was du glaubst, daß ich zu thun habe. Gewiß ist, daß ich unter allen Puteolanern, wenn ich die Wahl hätte, keinen sorgfältigern noch dienstwilligern noch mir ergebneren Geschäftsträger aussuchen könnte, als den Vestorius; dem ich denn auch sehr ausführlich geschrieben habe, was du, denke ich, auch gethan hast. Mir meines Theils, scheint dieß hinreichend. Was sagst Du? Das Einzige, was mich ansicht, ist, daß ich nicht dafür angesehen seyn möchte: als ob ich meine häuslichen Angelegenheiten zu sehr vernachlässige. Ich erwarte also einen Brief von dir.

99.

An Atticus.

XIII. 46. Attic. 708.

Poller hat sich, versprochner Maßen, am 12ten zu Lanuvium bey mir eingestellt, aber als wahrer

*) Um sich näher nach der Verlassenschaft des Cluvius von Puteoli zu erkundigen, an welcher er, vermöge des Testaments, Antheil hatte.

**) Da Balbus sich der Erbschaft so viel annimmt, war Cäsar ohne Zweifel ein Miterbe (was um so wahrscheinlicher ist, weil ein Cluvius (vermuthlich eben dieser) einer seiner Präfecten in Gallien gewesen war.

priedie Idus praesto fuit; sed plane Pollex; non index. Cognosces igitur ex ipso.

Balbum conveni; (Lepta enim de sua vini curatione laborans, me ad eum perduxerat) in eo autem Lanuvino, quod Lepido tradidit. Ex eo hoc primum: paullo ante acceperat eas literas, in quibus magnopere confirmat, ante ludos Romanos. Legi epistolam; multa de meo Catone, quo saepissime legendo se dicit copiosiorem factum; Bruti Catone lecto se sibi visum disertum. Tum ex eo cognovi cretionem Cluvii (o Vestorium negligentem!) liberam cretionem, testibus praesentibus, sexaginta diebus. Metuebam ne ille arcessendus esset. Nunc mitten-

acceperat] Ita correximus vulgatum acceperam, quod vulgatum aeceperam, quod vulgo sic interpretantur, quasi verba: paullo ante acceperam — Romanos Balbi sint, non Ciceronis. Sed hoc duriusculum est. Schütz.

pollex, nicht *index*, *) wie du von ihm selbst vernehmen wirst.

Den Balbus hab' ich gesprochen, (denn dem Lepta macht das Weingeschäft, **) das er im Kopfe hat, so viel zu thun, daß er mich zu Balbus führte,) und zwar in demselben Landgut zu Lanuvium, das er dem Lepidus überlassen hat. Hier hab' ich vor allen Dingen vernommen, daß er den Brief, worin Cäsar seine Ankunft vor den Römischen Spielen sehr gewiß macht, vor wenig Tagen erhalten habe. Ich habe den Brief selbst gelesen: es ist viel die Rede darin von meinem Cato, durch dessen öfteres Lesen er an Reichthum der Sprache nicht wenig gewonnen zu haben sagt: nachdem er hingegen den Cato des Brutus gelesen, sey er sich selbst beredt vorgekommen. Sodann hab' ich von ihm erfahren, wie es um das Testament des Cluvius steht, und daß den Erben, in Gegenwart der Zeugen, 60 Tage Zeit zugestanden worden, sich über die Annahme der Erbschaft zu erklären. Welche Nachlässigkeit von Vestorius, mir nichts davon zu schreiben! Ich fürchtete, ich würde ihn abhalten müssen, selbst zu kommen: und nun muß ich ihm Eilbothen schicken, daß er die Erbschaft in meinem Nahmen annehmen soll. Dieß wird dir also Poller ebenfalls sagen. Auch von dem Cluvischen Gar-

*) Es ist ein gutes Zeichen, daß Cicero wieder (was er so gern thut) mit Worten spielen kann, wie hier mit dem Nahmen seines Sclaven Pollex, der den Daum, und dem Wort index (Anzeiger), welches auch den Zeigefinger bezeichnet.

**) Die gemeine Lesart: Lepta de sua vi in curatione laborans, ist schlechtes Latein und ein offenbarer Schreibfehler. Es muß ohne Zweifel *vini* curatione heißen. Cäsar war gesonnen, dem ganzen Volk in Rom zwey große Déjeunés (prandia) zu geben, wozu Lepta gern die Weinlieferung gehabt hätte, und auf den Fall, daß er sie erhielte, vorläufig Anstalten treffen wollte.

dum est, ut meo jussu cernat. Idem igitur Pollex. Etiam de hortis Cluvianis egi cum Balbo; liberalius; se enim statim ad Caesarem scripturum; Cluvium autem a T. Hordeonio legare et Terentiae H-S ɔɔɔɔ, et sepulchro, multisque rebus; nihil a nobis.

Subadcusa quaeso Vestorium. Quid minus probandum, quam Plotium unguentarium per suos pueros omnia tanto ante Balbo; illum mi ne per meos quidem?

De Cossinio doleo; dilexi hominem.

Quinto delegabo, si quid aeri meo alieno superabit, et emtionibus; ex quibus mi etiam aes alienum faciendum puto.

De domo Arpini, nihil scio.

Vestorium nihil est quod adcuses. Jam enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster venit, et ab eo literas diligenter scriptas attulit, et exemplum testamenti.

ten *) ſprach ich mit Balbus; gefälliger kann man ſich nicht erklären; er wolle ſogleich deßwegen an Cäſarn ſchreiben. Beyläufig erfuhr ich auch von ihm, Cluvius habe den Erbtheil des T. Hordeonius mit verſchiedenen Bedingungen belaſtet, mit einem Vermächtniß von 50000 Seſterzien an Terentia, mit Errichtung ſeines Grabmahls und vielen andern Dingen: das Meinige hingegen mit nichts.

Ich bitte dich, ſchilt mir den Veſtorius ein Bischen aus. Was kann weniger gebilligt werden, als daß er dem Balbus Alles, vor mir, durch die Burſche des Salbenkrämers Plotius, zu wiſſen thut, und mir nicht einmahl durch meine eigne Leute.

Der Tod des Coſſinius ſchmerzt mich. Ich hielt viel auf den Mann.

